Ost. Inc. 140

5°




Aureus Tractatus de Arbitris d. Lafrnchi de oriano Utilis et quottidianus.

¶ Clariſſimi iuriſconſulti. B. Lafranchi de Oriano ſolemnis vtilis quotidianus ⁊ praticabilis tractatus de arbitris. Additis multis alijs queſtionibus clariſſimorū doctorum.

Materiam. Arbitramentalē cōſiderans vtilem fore ⁊ quotidianū noſtriſq; doctoribus male explicatū ſub vilipendio illius doctrinā tradere diſpoſui in. vij. diuidēdo partes. ¶ Primo quorundā terminorū declarabo ſignificatū. ¶ Secūdo q poſſunt eſſe arbitri vel nō ſubcinte pandā. ¶ Tertio q poſſunt facere cōpromiſſū breuiter oſtendā. ¶ Quarto ſuper qbus reb⁹ ⁊ in quibus cauſis poteſt fieri cōpromiſſū plenius reſerabo. ¶ Quinto quot modis compromiſſū ſeu arbitriū annulletur. ¶ Sexto quot modis finitur ꝯpromiſſū noſtros ſequēdo modernos. ¶ Septimo ⁊ vltimo ō virtute clauſularū que apponūtur in cōpromiſſis ſubijciendo plures vtiles ⁊ quotidianas queſtiones ad materiā facientes adijciā. ¶ Arbiter ſm Spe. in ti. de arbi. in. §. i. in prin. ſic diffinit̄. Arbiter eſt qui de partiū voluntate eligitur ⁊ in eū ſub pena ⁊ pignorib⁹ cōpromittit̄. Hec diffinitio nō placet mihi. q2 ita cōuenit arbitratori ſicut arbitro quorum nomina inter ſe differunt vt. j. patebit. Item non placet in eo qđ ſubijcitur ꝙ ſub pena ⁊ pignoribus cōpromittitur q2 etiā poteſt eſſe arbiter nulla adiecta pena ⁊ pignore vt. in. l. cum antea in prin. C. de arbi. Ideo videt̄ mihi ſic poſſe diffiniri. Arbiter eſt q ptes iudicis ſuſcipit in cognoſcēdo ⁊ pronūtiando ex poteſtate ſibi p partes cōceſſa. Hec diffinitio probat̄ in. l. ſi de meis. ff. de arbi. In diffinitiōe ponunt̄ verba qui partes iudicis ſuſcipit ⁊c. ad differentiā arbitratoris qui ꝓcedit nullo iuris ordine ſeruato. Nam arbitrator nō tenetur ſeruare iuris ordinē in procedēdo ſm. Spe. in ti. de arbi. in. §. i. ⁊ Inno. ⁊ Bal. in. c. qntauallis. de iuriurā. Et ſic in hoc differunt arbiter ⁊ arbitrator. cū arbitrator ſit quidā ꝑſoneta ad cōponendas ptes adhibitus. ita ſcribit. Bar. in. l. fi. ff. de var. ⁊ extraordi. cog. Differūt etiā in alijs. q2 vbi ſentētia arbitratoris eſt iniqua poteſt reduci ad arbitriū boni viri vt in. l. ſocietatē. §. arbitrorū. ff. pro ſoci. dūmodo iniquitas ſit enormis. i. ꝙ tollat vſq; ad ſextā partē incluſiue. ſi aūt tollat minus nō poſſet reduci ad arbitriū boni viri. ⁊ ſi reduceret̄ talis ſentētia nō poſſ; reſcindi. ita tenet Bar. ⁊ moder. in. d. §. arbitrorū. Idē Bal. in. l. fi. C. de cōtra. emp. ⁊ bene ꝓbatur in. l. idē vnde ſi nerua. ff. p ſocio. ⁊ in. §. arbitrorū cum. ll. ſequētibus qđ procedit vbi arbitrator eſt ſuper cōtractu idē ſi ſuper lite eſſ; arbitrat⁹. ⁊ tunc cōſideratis qualitatib⁹ perſonarū ⁊ quātitate cauſe ⁊ dubio iuris euētu arbitrabit̄ iudex illo eſtimato ſi in ſexta pte ſit deceptus. ⁊ tunc dabitur remediū reductiōis ad arbitriū boni viri alias non vt per glo. in. l. lucius. §. fi. ff. ad tre. ſm bart. in. d. §. arbitrorū no. per moder. in. l. ſiqui cū aliter. de ver. obliga. Sententia vera arbitri ſiue equa ſiue iniqua ſit ſtandū eſt. nec poterit appellari ēt ſi enormē cōtineat iniquitatē vt in. d. l. diē ꝓferre. §. ſtari. ff. ō arbi. ⁊ in d. §. arbitrorū. In hoc ſnia arbitri equiparatur tranſactioni q2 tranſactio nō reſcindetur reſpectu alias pretextu leſionis enormis ſm glo. que eſt ſingularis in. l. lucius. §. fi. ad trebel. Hoc videt̄ mirū cum arbitramentū ſit quedā tranſactio. glo. eſt in autē. vt diffe. iud. §. i. vnde ſumit̄ autentica ſi vero. C. de iudicijs. ⁊ ſecundum Bar. in. l. pretor. ff. de tuto. ⁊ cu. da. ab his Ideo in arbitramento debet eſſe idē qđ in tranſactiōe. Dic ꝙ arbitramētū eſt quedam trāſactio in genere p quā a lite diſcedit̄. q2 tranſactio in genere cōtinet in ſe omnē modū per quē a lite diſcedit̄ vt. in. l. ij. ff. de iureiur. Sed tranſactio in ſpecie ⁊ ꝓprie dicit̄ vbi neceſſe eſt aliquid dari retinere vel ꝓmitti vt. C. de tranſac. l. tranſactio. Et hoc mō arbitramētū nō eſt tranſactio ſecundū Anto. de but. in. d. c. quintauallis. in ſua repetitiōe. ⁊ Jo. an. in addit. ad Spec. in titu. de arbitro. ver. ſi arbit̄. ꝙ no. pp ſtatuta quorū verba debēt intelligi in propria ſignificatiōe. Idē no. Bar. in. l. qđ ſi ephesi. ff. ō eo qđ cer. lo. In duob⁹ tñ arbitramētū h; inſtar trāſactiōis ꝓprie qñ vtrūq; ſit ſup re dubia. Hec eſt doctrina Jo. an. in ti. de arbi. circa pn. in addi. ad Spec. ſequit̄ Anto. in repetitiōe. d. c. qntauallis. Singularit̄ tñ ē no. ꝙ l; a ſnia arbitri ñ pōt appellari. tñ ſi fuerit iniqua euidenter poterit p ſupplicatiōē ſupioris remoueri ⁊ ēt ſniā tēpore habebit retractare. Bl. eſt ſingu. in. c. a iudicibus. ij. q. v. ita ꝙ de leſione appareat. euidēter poterit dicta ſnia officio iudicis reduci ad arbitriū boni viri ēt de iure ciuili ſm Hoſti. in. c. ij. de arbi. Et idem t; Archi. ij. q. vi. a iudicibus. p quo facit. c. ex parte. ⁊. c. expoſita. de arbi. hoc ēt tenuit Inno. in. d. c. expoſita. dicens ita ſeruare curiā romanā in. d. c. expoſita. qđ t; Hoſti. in ſumma. §. penul. ver. ⁊ q2. ⁊ Specu. in titu. de arbi. §. i. ver. eſt aūt differētia. quod ē verū ſi ſentētie ꝯdictū fuerit infra. x. dies ſm Archi. ēt in. d. c. a iudicibus. que omnia placēt domino Anto. i. d. c. qntauallis q̄ ſunt no. digniſſima. Differunt ēt q2 arbiter aſſumit̄ in lite. vt. l. non diſtinguemus. §. ſi recepiſſe. ff. de arbi. Arbitrator vero ſemꝑ aſſumit̄ ſuꝑ ꝯctu. nam arbitrator cui ꝯmittit̄ queſtio de iure ⁊ de facto debeat arbitrari quantū ſi eſſet datus ex ꝯctu tranſactōis. ⁊ ſic dicitur aſſumi ſuꝑ ꝯctu videlicet ſuꝑ tranſactōe que eſt ꝯctus. Iſta ſunt verba elegantia Bar. in. l. i. §. ⁊ poſt operis. ff. de no. ope. nū. ⁊ fuit prior ſentētia Jaco. but. vt ibidē refert Bar. quā ēt ſentētiā ſequuti ſunt noſtri moder. doc. in. d. §. arbitrorū. Inſuꝑ nemo pōt eſſe arbiter in cā ꝓpria. l. penul. ff. de arbi. Quis enim bene pōt eē arbitrator in cauſa ꝓpria. l. hec venditio. ff. de contrahē. empt̄. l. ſi libertus aduerſus. de ope. liber. ⁊ in. d. c. quintauallis. Poſſent ⁊ alie differentie aſſignari quas obmitto q2 inferius ſatis apparebunt. Preterea in diffinitiōe dixi ex poteſtate p partes conceſſa ad differentiā iudicis qui cognoſcit ⁊ ꝓnūciauit ex ſua iuriſditione. nō aūt ex poteſtate attributa ſibi per partes. vt i toto ti. ff. ⁊ C. de iuriſdi. om. iudi. Arbitrator nullā h; iuriſditōem nec arbiter. ſ; ſolū iſti habent notionē ſiue cognitōem. vt l. notōem. ff. de ver. ſigni. vbi glo. ⁊ in. l. ait pretor. in prin. ff. de re iudi. vbi glo. ⁊ Bar. Nihil ēt poſſunt nec arbiter nec arbitrator niſi ſecundū arbitriū eis p partes conceſſum. vt. l. nō diſtinguem⁹. §. de officio. de arbitris. ⁊ in. c. cū dilectus. de arbi. extra. Hinc eſt ꝙ arbiter ⁊ arbitrator ſuam nō poſſunt exeq ſententiā. ſed illam exequent̄ iudices ordinarij. vt. l. a diuo pio. ff. de re iudica. ⁊ in. l. cū ⁊ natura. in princi. C. de arbi. quorū tamē ſententie nullā merent̄ executōnem de iure cōmuni ſed ſolū eis metu pene paret̄. l. i. C. de arbi. Hoc tamen fallit in duobus caſibus in qbus eorū ſnia meret̄ executōem ⁊ oritur actio. Primo ſi in ꝯpromiſſo ſit appoſita clauſula rata manente pena. vt in glo. l. ij. ff. de arbitris. Secūdo fallit vbi factū eſt ꝯpromiſſum ſine pene appoſitōe ⁊ ipſa ſnia eſt emologata p partes expreſſe vel tacite p lapſum. x. dierū. vt. l. cū antea. in pn. C. de arbi. hec etiam tradunt̄ p Bar. in. l. ait pretor. in prin. ff. de re iudi. ⁊ in. l. a diuo pio. in prin. ¶ Preterea nec arbiter nec arbitrator poſſunt aliā penā apponere in ſuis ſententijs q̄; ſit conuentū in cōpromiſſo. ⁊ ſi apponeret̄ fruſtra eſſet appoſita ſm bal. qui ita no. in. l. ꝙ tamē. §. fi. de arbi. de quo latius. j. in vltima parte hui⁹ tractatus. ⁊ qđ ibi ꝯcludit̄ tene. Secus ē in alijs iudicibus. q in eorū ſententijs poſſunt inferre penā ſi nō fiat qđ iudicatū eſt. vt. l. iij. ff. de re iudica. ⁊ ita ibi inqt Ange. Item l; aliq iudices poſſint compellere litigatores edere nomina teſtiū ꝓducendorū. tamē ſecus ē in arbitro q nō pōt cogere litigatorē vel alterū litigantiū exꝓmere vel exprimi facere aduerſario nomina teſtiū quos producere vult. Caſus eſt expreſſus in. l. nam ex omnib⁹. ff. de arbi. Citat tamen arbiter partes. vt no. Bal. in. l. i. C. de arbi. ſecus ē in arbitratore. Teſtes aūt in cauſa ꝓducendos citare nō pōt ꝙ nullam iuriſditōnem h; in ipſos nec per illos eſt data vlla poteſtas ei. imo hos teſtes citari debent p poteſtatē habentē iuriſditōem q habebit teſtes cogere ⁊ iuuare ⁊ deponere ſm Bal. ita nota. in. c. i. de inue. inter do. ⁊ vaſal. in vſi. feu. Nimirum ergo ſi talia exercere nō pōt cū ab eis non fuerit data poteſtas vt ſupra. Et hec oia cōtingunt ratōe deficientis iuriſditōis ⁊ in pſona arbitri. Arbiter in iure multipliciter ſumit̄. Interdū ꝓ iudice delegato. vt. l. arbiter. ff. qui ſatiſda. cogan. Interdū ꝓ iudice arbitrario. l. quiſq;. C. de poſtulan. Interdū ꝓ iudice ſubrogato loco iudicis ſuſpecti delegati. l. fi. C. de iudi. Interdū ꝓ moderatore ⁊ domino iuxta illō. qlibet in re ſua eſt moderator ⁊ arbiter. l. in re mandata. C. māda. ⁊ in. l. polla. C. de his qui. vt indig. ¶ Vltimo aſſumit̄ ꝓ ꝯpromiſſario. ⁊ de hoc tractat materia noſtra. de qua ſupra plen⁹ viſum eſt. glo. ad hoc eſt magiſtra in. l. penul C. de arbi. Arbitrium aūt ſm Hoſti. eſt poteſtas volūtarie alicui data ⁊ recepta ad ꝓnunciandū in lite ꝓut arbitro viſum fuerit. aliquādo addita pena

certa vallata ⁊ ceteris terminis limitata. ita diffinit Hoſti. in ſūma de arbi. circa principiū. Que diffinitio iudicio meo nō ē pfecta. Et pmo in eo qd̄ dicit eſt poteſtas volūtarie alicui data nō videt̄ benedicere. q: omnis diffinitio dꝫ ↄuerti cū ſuo diffinito. l. omnis diffinitio. de regu. iur. ſed pńs diffinitio nō eſt ↄuertibilis cum ſuo diffinito. qꝛ eſt reperire aliqd̄ arbitrū qd̄ nō dat̄ volūtarie ſed ex neceſſitate vt eſt videre in ſtatutis diſponētibus ꝙ ſi fuerit queſtio inter affines fiat ↄpromiſſum in arbitrū. naꝫ tales affines nō eligunt arbitrū volūtarie immo ex neceſſitate interpoſita per ſtatutū. iō diffinitio nō eſt bona. Quare de illa diffinitiōe melius eſt detrahere verbū voluntarie. ⁊ ſimpliciter dicere. arbitriꝫ eſt poteſtas alicui data. nā tunc ↄprehendit̄ arbitrū datū ſiue voluntarie ſiue ex neceſſitate. Poſſet tamē ſaluari diffinitio Hoſti. in caſu pmiſſo ꝙ lꝫ ſtante ſtatuto ꝙ inter affines ⁊c̄. nō eligāt arbitrū voluntarie ſed ex neceſſitate. hoc verꝫ eſt ꝙ nō eligūt voluntarie in genere q: cogunt̄ aliquē arbitrū eligere. ſed bene eligūt arbitrū voluntariū in ſpecie q: ad ipſos ſtat volūtarie eligere quē volunt. vnde lꝫ cogant̄ ↄpromiſſuꝫ facere in arbitros. nec tamen cogunt̄ in certas pſonas. puta in Titiū ⁊ Seiū. Hoc ego pbo a ſimili. nam dicit lex ꝙ adulto minori. xxv. annis ⁊ maiori. xiiij. volenti litigare dat̄ curator inuito. vt in. §. item inuiti. inſti. de curatore. Poſtea dicit glo. notabilis in. l. nullus. §. is q curatorē. ff. de ꝓcurato. ꝙ lꝫ talis minor cogat̄ accipe curatorē vnū ſi dꝫ litigare. tamen nō cogit̄ in ſpecie accipere iſtū vel aliū ſed ipſe habebit eligere quē malit. ⁊ ſic volūtarie accipere quo ad ſpēm. Illā glo. ſequendo Ange. ibi multū ↄmendat ꝓ intellectu. d. §. item inuiti. ſ. allegati. Subijcit̄ in diffinitiōe. Et recepta. hoc verbū recepta poſitū eſt notandū. q: ↄpromiſſuꝫ factū in aliquē nullū hꝫ effectuꝫ niſi fuerit acceptatū per arbitrū vel arbitratorē. q: in his que depēdent ex ↄſenſu duoꝝ nō inducit̄ pfectio niſi vtriuſqꝫ ↄſenſu ↄcurrente. vt eſt videre in omnib⁹ ↄtctibus vltro citroqꝫ obligatorijs. vt in. l. labeo. §. hec verba. de verbo. ſigni. Hoc idē videmus in donatiōe que fit abſenti qui nolit acceptare. ipſa donatio nullū ſumit robur vel effectū. vt in. l. abſenti. ff. de donatio. ſic ē in compromiſſo. nā illud pendet a ↄſenſu partiū ↄferentiū arbitrū ⁊ poteſtatem in arbitrū ⁊ dependet ab arbitro ſi velit illā poteſtatē acceptare. Nā de iure cōi nemo cogit̄ in ſe acceptare ↄpromiſſum nec arbitriū ſed eo acceptato ↄpellit̄ pſequi pcedere ⁊ pnūciare. vt. l. iij. §. nam ⁊ ſi neminē. ff. de arbi. ⁊ glo. in. l. fi. C. de ↄhen. emp. De qua acceptatiōe optime ↄſtat vt ſi dicat̄ in inſtrumento ↄpromiſſi dicte partes. fecerunt ↄpromiſſum in Titiū pſentē ⁊ acceptantē ⁊c̄. Sed ſi dicta verba nō ſunt inſerta in inſtrō ↄpromiſſi dubitat̄ qualiter apparere dꝫ de acceptatiōe ↄpromiſſi. que res nō ē modici effectus. q: tp̄s limitatū in ↄpromiſſo nō currit niſi a tp̄e vel a die acceptati ↄpromiſſi. q: ante dictā acceptatiōꝫ arbiter elect⁹ non ē arbiter nec ↄpromiſſuꝫ dicit̄ ēē factū de iure ſi nō ē acceptatū. lꝫ dicit̄ ptes velle facere ↄpromiſſuꝫ eo acceptato dicit̄ ↄpromiſſuꝫ factū. glo. ē ſingu. in v. ↄpromiſſerūt. relata ad tex. in. l. ſi cū dice. in prin. ff. de arbi. Et ridiculū eēt dicere ꝙ tp̄a currāt anteqꝫ adſit arbiter q poſſit p partes adiri. Caſus ē multū notabilis in. l. ſi in dic. ff. de ↄdi. ⁊ demō. p quā. l. ↄſuluit dō. Chriſtoforus de caſtelliono. ꝙ lꝫ tp̄s exercēde appellatiōis ſeu inſtātie cauſe appella. ē is exercēde currat de iure cōi a die interpoſite appellatiōis. vt in. c. ſicut. de appel. ⁊ in. l. fi. §. illud. cū glo. ſua. C. de tēpo. appella. Tn̄ diſponente ſtatuto vel decreto ꝙ debeat eligi certus iudex appellatiōis ex numero ꝓſidentiū ⁊c̄. Si poſt interpoſitā appellatiōneꝫ ptes ſtarēt decē annis ad faciēdū dari iudicē appellatiōis nūqꝫ currit tp̄s inſtātie appellatiōis. q: nō adeſt iudex ad quē poſſit adiri vt ipſa appellatio exerceat̄ a pncipio. ⁊ hoc p. d. l. ſi in dic. quod no. ſing. ¶ Reuertēdo ad pncipale noſtꝝ ppoſitū ſi ↄpromiſſuꝫ fiat apud acta pn̄te illo q dat̄ arbiter vel arbitrator. dato ꝙ in inſtrumēto nō dicat̄ ↄpromiſſuꝫ factū in talē pn̄tē ⁊ acceptātē. Tn̄ eo ipſo ꝙ eſt pńs apud acta pſumit̄ acceptaſſe. ⁊ ex die illa currit tp̄s. lꝫ adhuc nullus fuerit datus vel porrect⁹ libellus. Eodē mō pſumit̄ acceptaſſe ſi ↄpromiſſuꝫ ē factū extra iudiciū pn̄te tn̄ ipſo arbitro vel arbitratore ſi ipe arbiter vel arbitrator ē ↄiūcta pſona vel magna amicitia ↄiūct⁹ alr̄ nō pſumit̄ acceptaſſe. Hec ita eſſe vera ↄprobo p do. Bal. i ſũi i. l. inuit⁹. C. d pcu. i fi. q eleganꝰ dicit ꝙ ſi qs ↄſtituit aliquē pcuratorē apud acta pſente lꝫ aliꝰ nō appareat de acceptatiōe ꝓpter auctoritatē iudicij pſumitur acceptaſſe mādatuꝫ ⁊ adeo ꝙ ipſuꝫ mādatuꝫ pcurator amplius renūciare nō poterit quaſi illud acceptauerit. Eodēꝫ mō dicit ipſe ſi extra iudiciuꝫ mādatuꝫ fuit datū alicui pſenti qui tamē ſit ↄiūcta pſona vel maxima amicitia ſit ↄiunctus. naꝫ ex talibus ↄiecturis inducit̄ pſumptio acceptatiōis. Si ergo iſtud vendicat ſibi locū in procuratore cuius officiuꝫ eſt ad agēduꝫ ⁊ introducendū lites qd̄ ē odioſuꝫ quāto magis hic pſumere debemus in arbitro cui⁹ officiuꝫ eſt lites minuere finire ⁊ terminare qd̄ quidē fauorabile eſt vt no. in. l. properāduꝫ in principio. C. de iudicijs. Spe. in titulo de arbit. §. fi. ver. ſed nunquid arbitrator. ſimplicit̄ tenuit debere dici ſuſceptuꝫ cōpromiſſuꝫ eo ipſo ꝙ pſens eſt arbiter vel arbitrator quādo fit ↄpromiſſuꝫ ⁊ tacet ſed ſi fuerit arbiter abſēs videtur tunc cōpromiſſuꝫ recepiſſe vbi arbiter ſciuerit in ſe cōpromiſſuꝫ fuiſſe factuꝫ ⁊ tacuerit. Quā ſententiaꝫ reprobat in omnibus Io. an. in titulo de arbitro in additiōe ad. Specu. verſi. pdicto per. l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbi. ⁊ p clementinā primaꝫ de pcurato. ⁊ per tex. in. c. Iohannes. de teſtamen. dicens Io. an. requiri expreſſaꝫ ſuſceptionē vt in pleganis iuribus. Quod mihi placet. niſi in dictis caſibus quos ponit Bal. in ſimili de procuratore. in illis glo. cuꝫ. Speculatore ego ſto. Extra illos caſus pcedit ſententia Io. an. ¶ Circa illud qd̄ dicit. Bal. de pſente pbatur. naꝫ habemus pn̄tiaꝫ iudicij opari ſtipulationē lꝫ nunquā verba interuenerit. qd̄ eſt mirabile cū extrinſeca nō pſumunt̄ vt in. l. quecūqꝫ. §. ſi a pupillo. ff. de publi. ⁊ per Barto. ⁊ Ange. in. l. ſciendū. ff. de ver. obli. Qui caſus eſt iſte mirabilis. Aliquis eſt apud acta iudicij ſe obligans ⁊ pſtās fideiuſſoreꝫ. eo enim ipſo ꝙ dicit talis hic pſens meus ē fideiuſſor. de hac re pſente. ⁊ audiente ⁊ intelligēte tali fideiuſſore dato ꝙ nūqꝫ loquat̄ ille fideiuſſor. p eius tamen taciturnitatē ↄſtituitur fideiuſſor. ⁊ iſte eſt caſus ſingularis in. l. cū oſtēdimus. §. fi. de fideiuſ. ita etiaꝫ dicit eleganter Bar. in. l. i. in prin. ff. de verbo. oblig. Quod veriſſimuꝫ eſt. ⁊ ſic verbis obligat̄ vt in. l. blāditus. C. de fideiuſſo. lꝫ nūqꝫ ſtipulatio interuenerit que alias ē neceſſaria ad hoc vt fideiuſſor obliget̄ vt in. l. v. §. ſatis acceptatio. ff. de ver. obli. ⁊ in dicta. l. blāditus. licet poſſit dici iuri abſonū eſſe q: vbi tractat̄ de aliquo obligando vel de piudicio alicuius tertij tacens nūqꝫ habet̄ p ↄſentiente imo habet̄ p ↄtradicēte. Glo. eſt notabilis in. l. gayus. ff. de pignor. actio. ⁊ bene facit tex. in. l. ij. §. voluntate. ff. ſo. ma. ⁊ Bar. plene. in. l. que dotis. ſoluto matri. Sed hoc operat̄ auctoritas iudicij. Demuꝫ ſubicit̄ in diffinitiōe. Ad pnuntiāduꝫ in lite. Que quideꝫ verba cuꝫ reuerētia tanti doctoris. nō bn̄ ſunt poſita aut inſufficienter ſunt poſita. q: ſecūdū Hoſtien. arbitriuꝫ ſemper erit ſup lite. ⁊ ſic nō habebit cōprehēdere arbitratorē. q: arbitrator ſemp aſſumit̄ ſuper ↄtractu tranſactiōis vt notat Bar. in. l. i. §. ⁊ poſt operis. ff. d no. oper. nūci. ⁊ plene ſupradictū eſt. ⁊ clariſſimū eſt ꝙ arbitriū ita cōfert̄ in arbitratoreꝫ ſicut in arbitriū. ⁊ ideo inſufficienter dicit̄ ad pnuntiandū ſup lite. q: ex hoc nō cōprehenditur arbitrator nec arbitrariū collatū in arbitratoreꝫ. Ergo adde in iſta diffinitiōe. Ac pnunciāduꝫ ſup lite vel ſuper ↄtractu vt dū dicit̄. ſuper lite cōprehēdit̄ arbiter dū dicit̄ ſup cōtractu cōprehēditur arbitrator. Poſtea ſubijcit̄ in diffinitiōe. Prout arbitro viſuꝫ fuerit. vel arbitratori viſum fuerit vt vterqꝫ cōprehēdatur tam arbitrator qꝫ arbiter. Sequit̄ in diffinitione. Aliquādo certa pena vallata ⁊ terminis certis limitata. Et hoc bene dicit Hoſt. Dicit eniꝫ aliquādo. q: nō ſemper in cōpromiſſis ⁊ arbitrijs appónit̄ pena. imo ⁊ ſine pēa fit ↄpromiſſuꝫ. Quo caſu elapſis decem diebus ⁊ ſequta emologatiōe expreſſa vel tacita partiuꝫ. Ex tali ſentētia oritur actio ſicut ex ſentētia iudicis vt notat̄ in. l. cū antea in prin. C. de arbitris. Et ſic cōpromiſſuꝫ factū ſine pena ē maioris efficatie qꝫ cōpromiſſuꝫ factuꝫ cū pena. Quia ex illa regulariter nulla oritur actio ſꝫ ſoluꝫ petitio pene vt in. l. ij. ff. de arbitr. Cuius quidē rei ratio eſt. quia pviſio hominis tollit pviſioneꝫ legis vt notat̄ in. l. fi. C. de pactis ↄuēti. ⁊ p Cy. ī in. l. i. C. d iure emphiteo. Prouiſio. eniꝫ legis eſt q oriat̄ actio ex ſentētia arbitri. vbi nulla eſt appoſita pena. Et p ratiōeꝫ iſtius ↄcluſiōe victor ↄſequat̄ qcquid diſponit̄ p arbitrū in ſentētia. Alō quando ptes apponūt penā in ↄpromiſſo ſibi pouidēt de remedio pene vꝫ vt metu pene ſententie ſtatur vt notat̄ in. l. i. C. de arbitris. Alias

ꝓuiſio ſua impedit ꝓuiſionē legis. ⁊ ſic actōem oriri ex ipſa ſententia que eſt ꝓuiſio legis. Quid ſi per vnā partē fuerit factum compromiſſuȝ in vnū. an in illū eundē altera ps ex interuallo poterit ratificare ita ꝙ ꝯpromiſſum valeat. Uide in regula ratū. de regu. iur. li. vi. p Jo. an. in mercu. Diffinio ergo ego hoc modo. Arbitriū eſt poteſtas alicui vel aliqbus per partes data vel recepta ad ꝓnunciandū ſup lite vel ſup ꝯtu ꝓut arbitro vel arbitratori viſum fuerit. aliquādo certa pena vallata ⁊ certis terminis limitata. Aduertendū tamē eſt ꝙ ſunt qdam qui inter arbitriū ⁊ cōpromiſſum differentiā ꝯſtituerūt. Dicētes arbitriū eē quādo nulla addiť pena. Compromiſſuȝ vero vbi pena addiť. Que quidē differentia nō placet qꝛ. l. nō ꝓbať. ⁊ ita ēt ꝑtranſit Specu. in titu. de arbi. §. i. circa principiū. Eadē. n. ſunt arbitriū ⁊ ꝯpromiſſum ſi ꝯpromiſſum referť ad ptes dictū ꝯpromiſſuȝ qḋ eſt ſimul cum ⁊ ꝓmiſſum quaſi ſimul ꝓmiſſum qḋ denotat pluralitatē ad denotandū ꝙ opȝ ꝙ ſint due ptes que ſimul ꝓmittāt de ſtando arbitrio illius in quē ꝯpromiſerūt. Arbitriū aūt referť ad arbitrū. qa ipſe eſt ille qui hȝ arbitriū in negotio diſceptando ⁊ terminando. Reperio tñ ipm ꝯpromiſſum poni ꝓ ipſa ſentētia arbitri. Caſus eſt notabilis in. l. ij. ff. de arbitris. Arbitriū duplex eſt. Quoddam diciť arbitriū boni viri ſicut dici ſolet. ſententiā iniquā arbitratoris reducendā fore ad arbitriū boni viri. Quoddā ē liberȝ arbitriuȝ. Et ꝓ meliori huius declaratōe ſciendū eſt ꝙ voluntas hominis pōt dupliciter ꝯſiderari. Uno mō ꝓut aliqs ſibi vult ratōe regulata vel nō regulata. qḋ ꝯtingit quādo hō ſuū ſequiť appetituȝ ēt inordiatū. Et iſta vocať libera volūtas ⁊ liberȝ arbitriū. Alio modo hominis volūtas ꝯſiderať ꝓut quis aliqd ſibi vult clara ⁊ recta ratōe. Et iſtud vocať arbitriū boni viri. qꝛ ſic bonus vir faceret ⁊ arbitrareť. Et de hoc loquiť tex. in. l. ſi ſocietatē. §. arbitrorū. ff. ꝓ ſocio. ⁊ tex. in. l. hec venditio. ff. de contrahen. emp. Reperiūtur nāqȝ quedā verba importantia liberȝ arbitriū vt ē volo. vt no. in. l. cum quidā. de leg. ij. Et vt eſt verbū libuerit. Et vbicunqȝ ad arbitriū hominis ē annexū hoc verbū liberȝ vel plenū. vt no. in. l. ſi deicōmiſſa. §. quacunqȝ. ff. de le. ij. Cetera namqȝ verba ipoꝛtant arbitriū boni viri. vt eſt verbū placuerit. ⁊ verbū ſi arbitratus fuerit. ⁊ verbū arbitriū. ⁊ multa alia ſimilia que repiunť in. l. ſi ſic. in ꝑncipio. ff. de lega. i. Dubitatū fuit de huiuſmodi ꝯmiſſione. Cōmitto iudicio tuo. vtrū dicať habere rem ꝯmiſſaȝ eſſe in liberȝ arbitriū tuū an habitū arbitriū tanquā in bonū viȝ. ⁊ gl. in. l. thais. §. lucius. ff. de fideicōmiſſ. liber. determinat illa verba iudicio tuo importare liberū arbitriū. Sed Bar. in extrauaganti ad reprimēdū. in verbo videbiť. dicit illa verba importare arbitriū boni viri. Cuius quidē opi. recte intelligendo ꝓbať in. d. §. lucius. ⁊ ita eſt tenēdum. Si quiſpiam dixerit cuius qdem effectus ⁊ vtilitatis ē ſcire vtrū aliquid ſit collatū in liberȝ arbitriū alicuius an in arbitriuȝ boni viri. Reſpondeo in hoc fore vtile qnimmo ē differentia ratione potentis eius cuius arbitriū extat electū. naȝ plus placet qui hȝ arbitriū liberȝ qȝ qui hȝ arbitriū boni viri. Qua de re ꝯſiderandum eſt ꝙ interdū ꝯmittiť alicui facultas ꝯhendi ex cā lucratiua. Interdū ꝯmittiť alicui facultas largiēdi. Interdū iudicandi. Ubi enim ꝯmittiť facultas ꝯhendi talis cuius ē electū arbitriū ſi data eſt facultas ꝯhendi ꝑ verba importātia arbitriū boni viri. nihil poterit facere niſi ꝙ bonus vir erit facturus. vt in ꝑalle. §. arbitrorū. Si tamen dicta facultas fuerit ei ꝯmiſſa ꝑ verba importantia liberȝ arbitriū omnia poterit facere que ipſe voluerit exceptis duobus. Primo qdem nō poterit donare. qꝛ in generali ꝯmiſſione nō intelligiť ꝯmiſſa donatio. vt no. in. l. filiuſfamilias. §. i. de donatio. Secūdo nō poterit ꝯmittere dolū. qꝛ in generali ꝯmiſſione nō intelligiť ꝑmiſſus dolus. vt no. in. l. creditor. §. lucius mandati. Ex hoc ſequiť. ſi quis ꝯſtituerit ꝓcuratorē ad vendēdū domuȝ ⁊ ei ꝓcuratori plenū ⁊ liberȝ arbitriū dederit faciendi ꝓut voluerit ⁊ ꝓut poſſet facere ipſe dñs. certe iſto caſu ampliſſimo arbitrio ꝯceſſo. nō intelligiť data ꝓcuratori poteſtas donādi aliqd emptori. vt ſi res valuiſſet mille vendat ꝓ nōningentis ducatis. ⁊ ita donet centū emptori. lȝ potuiſſet dñs ipſe facere. Itē nō poterit in dicto ꝯtu ꝯmittere dolū vel aliquā fraudem. ⁊ ſi ꝯmiſerit tenebiť dño. nec pōt ſe tueri virtute pleni arbitrij ſibi ꝯceſſi. Secūdo caſu qñ ꝯmittiť facultas largiēdi. ſi qdē ꝯmiſſa ē facultas largiēdi ꝑ verba ipoꝛtātia liberȝ arbitriū poterit oīa facere neglectis regulis iuris ciuilis. ſeruato tñ iure gentiū vt notať in. l. i. de ſtatu milita. Si vero aūt fuerit conceſſa facultas per verba importantia liberum arbitriū boni viri. tunc ea poterit facere que bonus vir eēt facturus vt notať in dicto. §. arbitrorȝ. Poſteriori caſu vbi conceſſa eſt facultas iudicādi ſiquidē cōmiſſa eſt per verba importātia arbitriuȝ boni viri tenebiť ſeruare regulas iuris gentiū ⁊ poterit obmittere regulas iuris ciuilis ita ſcribiť per Bar. in extrauaganti ad reprimēduȝ. in verbo videbiť. de quo vide ibi ꝑ euȝ.

## Reductio.

Ad arbitriuȝ boni viri fit quotiēs vbi arbitrator fert iniquā ſentētiā ex qua pars ſit imodice leſa. Nam a tali ſentētia appellari nō pōt cū ſoluȝ ex illa ſentētia introducať ex qua a ꝑncipio actio pōt oriri vt notať. in. l. i. C. de arbitris. Cum huiuſmodiqȝ ſentētia arbitratoris talis ſit ex qua regulariter nō oritur actio vt nota. in. l. ij. de arbitris ⁊ in. l. i. ꝑallegata. merito ceſſat appellatio. Sed qꝛ iniquū foret quem indebite grauari vt notať in dicta. l. ceſſat de publi. l. naȝ ⁊ natura. de cōdi. inde. ideirco per legē introductū fuit debitū remediuȝ ꝙ pro tali grauamine poſſit ꝓuideri per remediū vocatū ad arbitriuȝ boni viri. Que reductio eſt quedā ſpecies appellādi licet nō ſit proprie appellatio vt notať in. l. nō diſtinguem⁹. §. cuȝ quidā ꝺ arbitris ſed introducta in locuȝ appellatiōis ſecūduȝ Bal. qui ita notat in. c. i. quo temp. milles in vſi. feudo. ⁊ habet ſuſpēdere iuriſdictionē iudicātis ſicut ⁊ ꝓpria appellatio vt inquit Bal. in loco ꝑallegato. De virtute cuius reductiōis ⁊ de plurib⁹ alijs neceſſarijs circa ipſaȝ tangeť locis ſuis in hoc opuſculo. Et qꝛ dicitur reductio ad arbitriuȝ boni viri dubitatuȝ eſt qs ſit ille bonus vir Concludūt doctores ꝙ eſt iudex ordinari⁹ ſcilicȝ poteſtas. ⁊ dicit Cy. ꝙ ille bonus vir nō eſt frater qui habȝ dyabolū ſub cappa ꝓut eſt tex. in. l. cōtinuus. §. cū ita de verb. obliga. ⁊ in. l. vir bonus iudi. ſol. Sed pone litigatores ſtant Mediolani ita ꝙ ſunt Mediolanēſes arbitrator vero eſt cuman⁹ habitās cumis ⁊ fert ſententiā iniquā. Uictus vult reducere eaȝ ad arbitriuȝ boni viri qs erit iure bonus vir an iudex partiuȝ ſcilicet poteſtas Mediolāi. an ſuperior arbitratoris ſcilicet poteſtas Cumarū. Barto. in dicto §. arbitrorȝ determinat ꝙ bonus vir corā quo petiť reductio dicitur eſſe Mediolanēſis nō auteȝ iudex ſuperior arbitratoris. pro hoc allegat caſuȝ in. c. expoſita de arbitris. Ang. autem in. l. ſi ſuſpecta. §. fi. de inoffi. teſtamen. tenuit ꝙ iſte bonus vir eſt iudex ſuperior arbitratoris ea ratiōe fretus qꝛ reductio eſt quedā ſpecies appellationis. ⁊ quemadmodū in appellatiōe additur ſuperior iudicantis ita ergo erit in hac reductiōe. Idem Ange. in. l. qui certo loco de condi. indebi. tenet opi. Bar. quaȝ etiaȝ ſequitur de min⁹ Florianus in dicto. §. arbitroruȝ Bal. auteȝ in dicta. l. ij. C. vbi ⁊ apud quos dixit ꝙ vbi ex forma ſtatuti arbitramētū ꝑducit actioneȝ qꝛ reductio ad arbitriuȝ boni viri interꝑanda eſt corā iudice ſuperiore arbitratoris. Ubi vero ſumus in terminis iuris cōmunis nunc tenet cū Bar. hanc opi. Uoluit etiā Bar. in primo loco in dicta. l. ij. C. vbi ⁊ apud quos qui diſtinguit ꝓut etiaȝ dicit bal. Hec Bar. ⁊ bal. diſtinctio mihi placet. ⁊ pro prima pte videlicet quādo ex ſtatuto arbitramentū ꝑducit actioneȝ. facit qꝛ hoc caſu ſentētia arbitratoris reducta eſt ad ſentētiaȝ iudicialeȝ ⁊ ſortita eſt ideſt robur ꝙ ſniam iudicialis cū vtrobiqȝ actio ex ſentētia oriať. Iccirco hoc caſu cuȝ ex ſentētia arbitramētū actio oriatur nō immerito dici poteſt hāc reductionē ⁊ plurimuȝ ſortiri effectuȝ ratione appellatiōis ⁊ immo vt ita dicaȝ quodāmodo vocari appellationeȝ ex regula poſita in. l. i. C. de arbi. diſponēte qꝛ ex qua ſententia oriatur actio ex illa introducať appellatio. ⁊ ita iſta in ꝓpoſito cū ita introductio apellatiōis adeať ſupior iudicātis in cā pricipali. nimiruȝ ſi ⁊ hoc caſu ideȝ ius ſit ſtatuendū. cū vbi eſt eadem ratio ibidem debeat cenſeri eadeȝ iuris diſpoſitio vt. l. illud. ff. ad. l. acqui. ⁊ in. l. a tito. de verbo. obliga.

## Laudum.

Eſt ſentētia lata per arbitratorē ita appellatur vulgariť. nec tamē hoc vocabulū in iure reperio puto ex hoc laudū ſentētiaȝ arbitratoris nuncupari a laudādo. i. ꝙ diffinitū ex arbitrio ei cōceſſo per partes cū ꝓpria ſententia id dici nō poſſit quoniā coraȝ arbitratore nō eſt iudiciuȝ vt no. Inno. in. c. quintaualle de iureiur. ⁊ Bar. in. §. arbitrorȝ. ⁊

Bal. in l. fi. C. de contrahē. emp. Cumq; nō adſit iudiciū ſentētia ꝓprie ſeq nō pōt cū in iudicio quaſi ɔtrahaꝛ. ⁊ poſtea tñ ſententia inde reſultat. vt no. Bal. in rubica extra de iudi. ⁊ no. inſti. de act. in pñ. ⁊ melius in. l. iij. §. idē ſcribit. de pecu. cum ſi.

## Emologatio.

¶ Eſt terminus q ſepe in ſententijs arbitramentalib⁹ accidit cum ſoleat dici ſententiā arbitramentalē fore emologatā. Mi nā que termini nō ſunt latini ſed greci. ⁊ tantū importat hoc verbum emologo grece quantū laudo ſeu ɔfirmo latine. vt voluit glo. in l. ne in arbitris. in fi. C. de arbi. ⁊ ibi tantū inuenio in tex. hoc verbū emologatio. nec alibi in iure repio. Sup hac emologatōe dixit ſingulariter Bal. ꝙ ſi lata ſentētia arbitramēti pñtibus ꝑtibus ſcribat notarius lata ⁊ data in tali loco pñtibus ꝑtibus ⁊ nō ɔ̄dicentibus ꝙ ꝑ hec verba nō videꝛ ſentētia arbitratoris emologata. q2 nō ſequiꝛ ꝑtes nō ɔtradixerunt. ergo ɔſenſerunt. q2 adeſt medium inter ɔſenſum ⁊ ɔ̄dictōem. ſ. taciturnitas. vt no in c. q tacet. per Di. de regu. iu. li. vi. ⁊ Bar. in l. que dotis. ſolu. matri. Pro qua ſentēt a facit q2 tacens in ſui ꝑiudiciū nūquā diciꝛ ɔſentire. vt no. glo. in l. gaius. ff. de pigno. actio. Contra tamē Bal. faciunt no. Rapha. ⁊ Ful. in. l. iij. C. quomō ⁊ qñ iu. q ſimpliciter ꝑ illum tex. dicit ꝙ vbi preſens in iudicio nō ɔ̄dicit actui in eius ꝑiudiciū emanato ɔſentire diciꝛ. hinc dicit ipſe inoleuit pratica dicendi in iudicio tali ꝑſente ⁊ nō ɔſentiēte in his que fiant ɔ̄ eius ꝑiudiciū nō videꝛ ɔſentire. alias ſi dicta verba nō apponerenꝛ ɔſentire videreꝛ. ¶ Itē ɔ̄ Bal. videꝛ facere tex. in. l. ne in arbitris. §. ſiquis autē. C. de arbi. vbi tex. equiparat verbū nō ɔ̄dico verbo laudo. Sed nemini dubiū eſt ꝙ ſi ꝑtes lata ſentētia diceret. laudo ſentētiam videnꝛ eā ɔfirmare. ergo eodē mō ſi dicaꝛ. ego nō ɔ̄dico. Pōt ſaluari Bal. ſic. hec in ɔ̄riū allegata ꝓcederent vbi dicta verba ſunt partium. ſecus aūt vbi ſunt verba notarij vt in caſu noſtro. hec tñ cā ñ vꝛ bōa fuga cū verba notarij cēſeanꝛ verba ꝑtiū. vt no. gl. ſingu. in l. ſciēdū. de ver. ob. ⁊ l. optimā. de ɔ̄. ⁊ ɔmit. ſti. ⁊ voluit bal. in. l. imperator. de ſta. ho. ⁊ in. l. ordo. C. de execu. rei iudi. ⁊ in rubri. C. de ɔ̄hē. ēp. ⁊ idē ipſe tꝫ in. l. ini. C. de rei ven. Idō ego ꝓp ꝑdicta teneo cū Bal. q cū dixit i. d. c. qntauallis. de iure iur. ꝙ ſi lata ſñia ꝑtes ſubſcribāt ſe ſñie dicētes hoc mō nō ɔ̄dicimus ſñia vꝛ approbata. ſec⁹ tñ ē ſi eſſent verba notarij. q2 lata ſentētia dicat notari⁹ lata ⁊ data ſñia pñte petro ⁊ nō ɔ̄dicēte. nā per hoc nō vꝛ ꝙ petr⁹ ɔſentiat ⁊ ɔ̄dicere ē mediū. ⁊ iō iſto caſu poterit in ſñia reclamare. nā qd̄ dꝛ in. d. l. in arbitris. ꝙ vbi ꝑtes ſe ſubſcribūt ꝑ hec verba nō ɔ̄dico habenꝛ ꝓ ɔſentiētib⁹ iſtud ē ex conſenſu interꝑtatiuo q oriꝛ ex ꝓpria ſubſcriptōe ⁊ ꝓprio facto ꝑtiū. nō aūt talis ɔſenſus interpretatiu⁹ notarij cui⁹ ſcriptura ē quoddā teſtimoniū qd̄ nō ꝓbat quaten⁹ inferaꝛ de neceſſitate. lꝫ quo ad neceſſitatē oia ꝑſumanꝛ ſolēnit acta. qd̄ ꝑpetuo tene mēti. nā hoc caſu ceſſant argumenta ſupra facta. ⁊ nemini dubiū ē quēlꝫ ſuo fauore renūtiare. ⁊ iuri ꝓ ſe introducto. l. ſi iudex circūuēto. ff. de mio. ⁊ l. penul. C. de pac. Et ecōtrario poterit ꝑ dicta verba reductioni renunciare vꝫ ꝑ dictam emologatōem.

## Prorogatio.

¶ Sepius interuenire ſolet in ɔpromiſſis. Idō qd fit ꝓrogatio ⁊ de eius virtute aliqd declarare decreui. Prorogatio nil aliud ē q̄ꝫ prioris termini extēſio que fieri dꝫ durāte adhuc priori tpe in ɔpromiſſo ſtatuto. vt. l. ſed ſi manēte. ff. de ꝑca. ⁊ gl. in. l. labeo. ait. §. fi. ff. de arbi. ⁊ melius in. l. ſi cū dies. in pñ. co. ti. ⁊ dicit Bal. in c. qntauallis. de iureiur. ꝙ ꝓrogatio ē extēſio iuriſdictōis ſubſtantia nō mutata ⁊ facta tali ꝓrogatōe nō cenſenꝛ plura ɔpromiſſa imo vnū tantū niſi noui fideiuſſores requirenꝛ in ꝓrogatiōe q̄ꝫ q ñ fuerūt in ꝑmo tpe. tūc reſpectu iſtoꝝ fideiuſſoꝝ cenſeꝛ nouū ɔpromiſſuꝫ. vt dicit glo. in. d. §. fi. que ꝓrogatio intelligiꝛ fieri cū oib⁹ qualitatib⁹ ⁊ circūſtātijs appoſitis in priori termino ɔpromiſſi. vt expreſſe ꝓbaꝛ in. d. §. fi. Nec pōt ꝓrogatio fieri ꝑ arbitrū nec arbitratorē niſi in ɔpromiſſo fuerit ei data poteſtas ꝓrogādi. alias ſi ꝓrogauerit in pena ei nō pareꝛ atq; ꝓrogatio nulli⁹ eēt momenti. vt no. in. l. nō diſtinguem⁹. §. fi. ff. de arbi. ¶ Si aūt fuerit data arbitro poteſtas ꝓrogandi ſimpliciter hoc modo cum pacto ꝙ dictus arbiter poſſit prorogare dictum ɔpromiſſum ⁊c̄. non poterit arbiter ꝓrogare niſi ſemel vt not. l. bone. §. hoc ſermōe de ꝟ. ſigni. ⁊ tꝫ Spe. in ti. de arbi. §. excipiꝛ ver. qd ſi dictū eſt. Ubi autē dictuꝫ fuit in cōpromiſſo ꝙ dictus arbiter poſſit prorogare cāmiſſā ſemel. ⁊ pluribus vicib⁹. tunc nō poterit fieri ꝓrogatio niſi duabus vicib⁹. ita cōſuluit Bal. vt pꝫ in ſuo cōſilio qd̄ incipit Nobiles viri ⁊c̄. quod cōſiliū fuit factuꝫ ꝑ qōne que vigebat in ciuitate Briſcie inter ꝑtes de qbus plenius in cōſilio cōtinetur. Et quādo apparet poteſtas data arbitratori de prorogādo nō tamē poterit arbitrator prorogare partib⁹ ambobus cōtradicētibus. Caſus ē in. l. arbiter ita ad ſumpt⁹. de arbitris. Altera autē parte cōtradicēte ꝓrogationi nō poterit fieri prorogatio ſed pars ɔtradicēs incidit in penā ɔpromiſſi ſcdꝫ vnā opi. glo. in d. l. arbiter. De quo etiā glo. ſe ſatis inuoluit in. l. nō diſtinguem⁹. §. dies arbi. Sed clarius hoc tꝫ Hoſti. in ſumma de arbitro. §. qualiter ɔſtituaꝛ. ver. cōſtituiꝛ ⁊ ſequitur ēt Bal. in cōſilio ſuo ꝑallegato. Senſit etiā Spe. in ti. de arbi. ver. ſꝫ qd ſi fuerit actuꝫ. Si tamē ambe partes cōſentiūt prorogatiōi faciende ⁊ arbitro videreꝛ nō eſſet faciēda prorogatōnē. tunc minime fieret prorogatio vt notat glo. in. d. §. dies ⁊ Hoſti. in. d. §. cōſtitutuꝫ. Ex ꝑmiſſis cōcludunꝛ plura fore neceſſaria vt valeat cōpromiſſi ꝓrogatio. Primo ꝙ actū fuerit in cōpromiſſo d ꝓrogatiōe fiēda. Secūdo ꝙ partes ambe ɔſentiant. Tertio ꝙ iudex hoc approbet. Quarto ꝙ ꝓrogatio fiat durāte adhuc termino cōpromiſſi. Alias nulla poſſꝫ fieri prorogatio ſi fieret poſtea finito priore tēpore ſed diceꝛ nouū ɔpromiſſuꝫ vt notaꝛ in. d. l. ſꝫ ſi manente. Poterit quoq; ɔpromiſſuꝫ ꝓrogari ꝑtibus ꝑſentibus ⁊ ēt abſentibus quādo in ɔpromiſſo data eſt poteſtas ꝓrogādi dūmodo eis fiat intimatio ꝑ nūciū vel per literas vt in. l. diē ꝓferre. in principio. ff. de de arbitris. Si enī arbitrator ꝓrogaret cōpromiſſum partib⁹ abſentib⁹ ⁊ irrogātibus ex poteſte ſibi cōceſſa nō valeret ꝓrogatio. ⁊ ɔſequēs ſentētia eēꝫ nulla niſi illā itimaret partibus. ideo ſi dictū foret in cōpromiſſo ꝙ aliter poſſet prorogari partibus abſentib⁹ ⁊ ignorātibus. ꝑ hoc nō excuſareꝛ arbiter ab intimatiōe dicte ꝓrogatiōis. ⁊ ideo hoc caſu ſi nō intimeꝛ nulla erit ꝓrogatio ſm Bal. in. l. eos. §. appoſtolos. C. d appella. De hac etiā intimatiōe faciēda ſi ꝓrogatio eſt facta abſentib⁹ partib⁹ vt no. in aūt. ei q. C. de tempo appel. ⁊ ponit ipſe bal. in ꝑallegato ɔſilio. hoc idē ſentit Spec. in. §. excipiꝛ. ver. item quid ſi actuꝫ eſt. Arbitror quoq; ſi ꝑtes in cōpromiſſo renūciauerūt intimatiōi ſibi fiende de dicta ꝓrogatiōe ꝙ talis renūciatio nō valeat. q2 ratio quare ſit neceſſaria intimatio ē quia ſi illa ꝑtermittereꝛ videretur arbitratores doloſe agere ſecūdū Bal. in. d. §. apoſtolos. ⁊ dolo de futuro nulla via renunciari poteſt. l. ſi vno. §. illud de pact. ¶ Eſt aduertēduꝫ ꝙ vbi ɔpromiſſuꝫ ꝓrogaꝛ tēpus ꝓrogationis nō pōt eſſe maius q̄ꝫ fuerit prim⁹ termin⁹ poſitus in cōpromiſſo ar. l. ſancimus. C. de fideiuſſo. ⁊ in aūt. qui ſemel. C. quō. ⁊ quādo iu. niſi neceſſaria cauſa ſuadeat. de qua euidenter conſtat ſcdm Bal. q ita cōcludit ɔſilio preallegato. ¶ Nec eſt abſurdum ſi cōpromiſſuꝫ ē factuꝫ in vno loco puta in ciuitate cumarū fieri eis ꝓrogationē in alio loco puta in Mediolano. ita ſcribit Bal. in. §. apoſtolos ⁊ in. c. qntauallis. d iureiur. Cuꝫ autē ꝓrogatio venit fienda nulla reqritur ꝑtiuꝫ citatio ſi ꝓrogatio ꝑtium volūtate fiat veluti eſt cū in ɔpromiſſis agitur de ꝓrogādo. Idē eſt ſi ꝓrogatio fiat per legē. Si uero fiet per iudicē ex eius iuriſdictionem tunc bene citatio eſt neceſſaria. hec eſt ſententia Bal. in. d. c. quintauallis.

## hactenus.

Oſtenſuꝫ ē de verbis ſignificatōibus accidētia materie arbitramētalis cū aliqbus dependētibus qōibus. Nunc autē videam⁹ que ꝑſone poſſunt eſſe arbitri ⁊ que nō cū de ꝑſonis plus ſit querendū vt in. l. ſi queramus. de teſt. ⁊ in. l. illud. §. tractari. ff. de iur. codicillo. Sic nē q̄ꝫ videbim⁹ que ꝑſone poſſunt eſſe arbitri q2 cognito vno cōtrariū cognoſcitur ⁊ reliquum vt in. l. i. ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. ¶ Primo igiꝛ quero an mulier poſſit eſſe arbiter. Reſpōdeo ꝙ nō vt in. l. fi. C. de arbi. ⁊ in. c. dilecti. de arbi. ꝙ verū eſt niſi de ɔſuetudine aliter obſerueꝛ vt voluit glo. in. d. l. fi. Arbitratrix vero mulier bene eſſe poteſt. Caſus eſt in. c. quintauallis de iureiur. ⁊ ibi tenet Bal. ⁊ Anto. de bu. ⁊. Cy. in. l. fi. C. de arbi. Spe. etiā

hec omnia poſui in ti.de arbi.in.§.i.ver.ꝓhibitum.⁊ per Hoſti. in ti.de arbitro in ſumma in.§.ij.⁊.iij.§.item femine. Voluit tamē Anto.de bu.vbi ſupra mulierē exiſtentē in dignitate poſſe eſſe arbitram.⁊ verum dicit ꝙ caſus eſt in.c.dilecti.de arbi. Similiter mulier tutrix eſſe ꝓhibet̃ niſi ſit mater ⁊ auia.vt in aut̄.matri ⁊ auie. C.quando muli tu.off.fun.poteſt. ¶ In teſtamēto autē mulier non pōt conſtitui executrix niſi ad pias cauſas vt tradidit Ang. in.l.feminis.ff.de ꝓcurato.⁊ Bal.in.l.id quod.C.de epi.⁊ cleri. Et generaliter omnia publica officia interdicta ſunt mulieribus. vt notatur in.l.femine.ff.de regulis iur.⁊.l.i.§.ſexū.de poſtulat̃. ¶ Secūdo quero vtrū religioſus poſſit eſſe arbiter. Reſpondeo ꝙ epiſcopus abbas prepoſitus ⁊ ceteri plati poſſunt eſſe arbitri. Verum eſt ſecundū Speculatorem in titulo de arbitris.§.i. verſi.ſed quero diligenter.⁊ de epiſcopo eſt expreſſum in.l.ſiquis ex conſenſu.de epiſco.audi.ſm vnum intellectum.idem eſt in ſimplici ſacerdote.qui pōt eſſe arbiter.vt in.l.non diſtinguemus.§.ſacerdotio.ff.de arbi.⁊ nota.expreſſe Joā.an.in addi.ad Specu.in titu.de arbi.§.poſt.⁊ ibi dicit banc.q.diſputaſſe.d.Franciſcum accur.⁊ ſic tenuiſſe idem eſſe in milite ꝑut in dicta diſputatōe colligitur.⁊ in dicta additio. Jo.an.ad Specu.vbi ſupra. Et dicta diſputatio incipit. Duo conſortes ⁊c̄. Et multomagis iſti poſſent eſſe arbitratores. Nam regula eſt ꝙ quicunq; pōt eſſe arbiter. pōt eſſe arbitrator.ſed non ecōuerſo.non omnis qui pōt eſſe arbitrator pōt eſſe arbiter.vt pȝ diſcurrendo per totum titulum.ff.de arbitris.⁊ maxime in.l.penul.cum ibi notatis per glo.eodem ti.⁊ etiam bene facit.d.c.quintauallis coniuncto.d.c.dilecto.de arbitris. ¶ In alijs vero religioſis vt eſt monachus.frater minor.⁊ frater predicatorum concludit expreſſe Specu.ꝙ tales nō poſſunt eſſe arbitri. Et glo.idem dicit in monacho in.l.pedius.ff.de arbitris. Et idem tenet Bal.in.d.l.ſiquis ex conſenſu.vt ipſe Specu.confirmat in titulo de arbitris.§.fi.verſi.quid de ſimplici monacho. Idem voluit Vincentius.x.q.i.c.preſtitutum.⁊ Pau.de eleaza.expreſſe boc confirmauit in clementina ⁊ ſi principalis.de reſcrip. Omnes predicti loquunt̃ de monachis.⁊ nihil dicunt de alijs religioſis. Sed Specu.idem de illis dicit ⁊ recte.quia ē eadem ratio. Et idem tȝ Hoſtien.in ſumma de arbitro in.§.ij.in fine.⁊ eſt tex.in.c.monachi.xvi.q.i.quod verum eſt vt dicunt prefati doctores niſi interueniat licentia ſuperioris.⁊ hoc ſuadet vtilitas monaſterij.quia bene tunc poſſunt eſſe arbitri.vt dicit tex.i.d. c.monachi. ¶ Arbitratores vero poſſunt eſſe fratres minores predicatores ac etiam monachi dūmodo interueniat licentia ſuperioris. Caſus eſt notabilis in.c.fi.de teſtamen.libro.vi.hoc expreſſe voluit Joan.an.in additio.ad Specu.§.fi.in titulo de arbitris. Idem tenet Oldradus vt refert Specu.⁊ Ludo.in.d.l.ſiquis ex conſenſu.quam opinionē tenet ipſe Specu.in titu.de arbitris.§.ſequitur.verſi.quid de ſimplici monacho. Eandem ſententiam tenuit Pau.de eleaza.in clemen.⁊ ſi principalis.de reſcrip. ⁊ Cy.in.d.l.ſiquis ex conſenſu. ¶ Mihi vero plus placet ſententia Jo.an.⁊ Oldra.per.d.c.fi.quia arbiter non eſt niſi quidā executor ⁊ declarator.⁊.d.c.fi.permittit talem religioſum eſſe executorem.igitur ⁊c̄. ¶ Item bannitus poteſt eſſe arbitrator qui tamen equiparatur deportato ⁊ ꝓ mortuo habetur.⁊ de hoc no.in l.ex facto.§.ſiquis rogatus.ad trebellia.quod etiam tenuit Floris.Franci.de zabbarellis in dicta clementina ⁊ ſi principalis.dūmodo dicit ipſe.Cauſa concernat paritatem ⁊ interueniat licentia ſuperioris. ¶ Notandū tamen eſt ꝙ monachus factus ep̄s poteſt eſſe arbiter.quia attendit̃ tantum dignitas ſm Cy.in.d.l.ſi quis ex conſenſu.⁊ Guili.in.l.epiſcopale.C.de epiſcopa.audien.⁊ An.de but.in.d.c.quintauallis. Ex quibus infero ad queſtionem quam vidi de facto ꝙ frater minor vel frater p̄dicator nō poteſt eſſe vicarius epiſcopi.quod ꝓbo a fortiori ratione. Nam ſi tales religioſi non poſſunt eſſe arbitri qui arbitri nullam habēt iuriſdictōem.quātominus poſſunt eſſe vicarij ep̄i q vicarij habent iuriſdictōem ordinariā ſicut ep̄i.vt no.in glo.in.l.nec quequā.§.vbi.de decretū.de offi.ꝓcon. Inno.in.c.ꝙ nobis.extra de offi.vicarij. Et ſatis eſt hoc deciſum in.d.c.monachi.vbi tex.dicit ꝙ tales monachi debēt eē alieni a caſibus forēſibus. ¶ De fratre minore expreſſe firmat Bal.in aut̄.ingreſſi.C.de ſa.ſanc.eccleſi. Cum dixit de fratre minore nō poſſe cadere aliqđ officiū per clementinā exiuit de paradiſo de ver.ſigni. Et ideo ergo teneo cū Bal. Sed de monacis ⁊ alijs religioſis ꝯmuniter tenet̃ ꝯtrariū ꝙ talis religioſus poſſit eſſe vicarius ep̄i hoc tenet Jo.an.⁊ Anto.de bu.in.c.fi. de cleri.ergo. Idē firmat Jo.de ligna.⁊ eidē Pau.de liaza.in clem.i.de regula.qui ita dicit ꝯmuniter ſeruari. ¶ Fallit tamen vbi religioſus mēdicās trāſiret ad religionē nō mendicātē; nam talis nō pōt eſſe vicari⁹ vt in cle.i.de regula.ſm Pau.de eliaza. Guid.de monte laud.in cle.⁊.ſi principalis de reſcriptis idē tenet. Hoc idem ꝯſuluit domin⁹ Pau.ar con⁹ cōſilio ſuo qđ incipit. In queſtiōe Gregorij de Bernardis ⁊c̄. Et ꝓ hoc fuit remotus quidā frater minor maxime ſciētie in terra Creme q erat vicari⁹ ep̄i placētini cū pertinentijs in dicta terra.⁊ ſic dicebatur Foranus iuxta notata per glo.in cle.ij.de reſcriptis. Nā Foraneus dicitur vt ibi notat glo.vicari⁹ in certa parte territorij.⁊ non eſt idē tribunal cū ep̄o.⁊ ab eius ſentētijs nō pōt appellari ad ep̄ȝ ſed ad archiepiſcopū vel ad aliū ſuperiorē vt notat̃ in.c.nō poteſt de ꝯſuetu.libro.vi. ¶ Inſup infero per p̄dicta ꝙ fratres minores ⁊ fratres p̄dicatores pnt eſſe teſtes in inſtrumētis ⁊ alijs cauſis licet quidā fuerūt dubitātes.cū iſta eſt rei veritas vt ēt ꝯſuluit dn̄s Signo.de homodeis in ꝯſilio ſuo qđ incipit. Quidā fecit teſtamentū ⁊c̄. Idē tenuit Bal.in.c.nuper de teſti.⁊ ibi etiā bon⁹ tex. Et multiplex ē ratio in promptu. ¶ Prima ratio ē.q: ad teſtes recurrit̃ ꝓpter eoꝝ fidē vt notat̃ in.l.iij.in prin.ff.de teſtib⁹. Sed quis hȝ maiorē fidē q̄ȝ deo dedicati q mundū reliquerūt vt peccata relinquāt ⁊ deo ſeruiāt. ¶ Secūda ratio ē q: quilibȝ pōt eſſe teſtis niſi ſpecialit̃ reperiat̃ ꝓhibitus vt in.l.i.§.adhiberi de teſti. ſed nullibi reperit̃ tales religioſos ꝓhibitos eē teſtes igit̃ remanent ſub diſpoſitiōe iuris. ¶ Tertia ratio ē.nā mulier cui⁹ mens vacillat ⁊ fragilis ē regularit̃ adhibet̃ in teſtē.⁊ ēt minor.xxv.annis maior tamē.xiiij.vt in.l.ex eo.de teſtib⁹.⁊ in.l.iij.§.lex.iulia.eo. titu.quāto ergo magis pnt adhiberi teſtes tales religioſi qui ſunt firmi in ꝓpoſito ⁊ in fide. ¶ Tertio quero vtrū iudex ordinarius poſſit eſſe arbiter.tex.in.l.ſed ſi ſeruū.§.ſi qs iudex.ff.de arbitris.innuit ꝙ nō.⁊ ita tenēt cōmunit̃ doc.⁊ Bar.⁊ Bal.ibi.⁊ Spe. in titu.de arbi.§.poſt ver.itē iudex.⁊ Hoſt.in ſumma de arbitris. §.ij.verſi.iij. ¶ Cuius rei triplex redditur ratio ꝑ canoniſtas vt refer Hoſti.ꝑallegato loco. Primo q: iudex debȝ iudicare ſm iura iuſta. Unde ſi cauſa ē iniqua iudex ordinari⁹ aſſumeret̃ cauſe tanq̄ȝ arbiter ⁊ induceret̃ ad deiurādū ⁊ delinquēdū.cū ab eius ſententia tanq̄ȝ arbitri nō poſſit appellari.q: ei⁹ ſnia ſtādū ē ſiue equa ſiue inique ſit vt in.l.diem ꝓferre.§.ſtari.ff.de arbitris. ¶ Scd̄a ratio ē.q: quotieſcūq; adeſt remediū ordinariū.nō eſt recurrēdū ad extraordinariū vt ꝑ Barto.in.l.in ꝓuinciali.ff.de noui oper. nuncia.⁊ in.l.in cauſe.in ꝑncipio.ff.de mino. Sed vbi iudex ordinarius cognoſcit iure ordinarie.cū vult cognoſcere tanq̄ȝ arbiter deſcēdit ad remediū extraordinariū obmiſſo ordiario. ¶ Tertia ratio ē.q: ꝓpter dignitatē dȝ augeri vtilitas ⁊ honor vt in.l.ſi longius.§.fi.ff.de iudicijs. Sȝ ſi de iudice ordiario.qđ ē magna dignitas cognoſceret vt arbiter eſſet deſcēdere ⁊ nō aſcēdere ⁊ deduceret in vilipēdiū dignitatē ſuā. ¶ Quarta ratio ē.q: arbiter qui recipit arbitriū in ſe dȝ cogi ꝓnuntiare ꝑ iudicē vt in.l.iij.§.tā ⁊ ſi.ff.de arbitris. Unde ſi ipſe iudex ordinarius efficeret̃ arbiter. nemo eēt qui poſſet ipſū cōpellere. ¶ Quinta ratio redditur ꝑ Bal.in.l.ſi qs ex cōſenſu preallega.q: cū iudex efficit̃ arbiter cognoſcit de iure ⁊ ſeruat ſolēnitates iuris ſicut ſi ꝓcederet tanq̄ȝ iudex. Unde ſi omiſſa via iudicis ꝓcederet tanq̄ȝ arbiter videret̃ ꝯtemnere iuriſdictionē ſuā. Licet aūt ordinari⁹ iudex nō poſſit eſſe arbiter.tamē poterit eſſe arbitrator vt in aut̄.ſi vero ꝯtingerit.C. de iudicijs.⁊ tenet glo.in dicto.§.ſiquis iudex.⁊ Bar.⁊ Specu. ⁊ Hoſti.in locis ꝑallegatis. Et ē cōmunis ſentētia. ¶ De iure tamē canonico ordinari⁹ poteſt eſſe arbiter vt in.c.cū tpe.de arbitris. Itē iudex ordinari⁹ lȝ ꝓhibeat̃ eſſe arbiter in cauſa in qua eſt iudex ordinari⁹ vel que ſpectat ad eū iure ordinario. Tamen poteſt eſſe arbiter in cauſa nō ſpectāte ad officiū ſuū. Caſus eſt ſecundū vnā lecturā in.d.l.ſi qs ex ꝯſenſu. Et ita ibi ꝯcludit Bal. Item iudex delegat⁹ nō ꝓhibetur eſſe arbiter in cauſa in qua eſt delegatus. Tex.ē in.c.niſi de prebē. ¶ Similiter iudex a quo appellatur poterit eſſe arbiter ſm. Guil.in.l.ſed ⁊ ſi in ſeruū.§.ſi iudex.ff.de arbi. ¶ Sed dubitat̃ de qōne quā nō tangunt docto-

in penã. vt. l. i. §. apud nos. de poſtu. ¶ Aut omnes ꝯfecerunt ⁊ omnes tenent̃ inſolidũ quaſi duo rei. vt. l. ſi vt certo. §. ſi duob⁹ vehiculũ. ff. como. ⁊ l. ſi duo. ſo riſo. ff. depo. ¶ Si aũt loqmur in obligatõe dãdi vel q̃n factũ eſt diuiduũ. ⁊ tũc ſi nõ fuit adiecta pena ꝯmittit̃ ſtipulatio ad intereſſe ꝓ ea pte ꝓ qua non eſt ꝑitũ. vt. l. ſi ꝓcurator in pn̄. ff. rem ra. habe. ¶ Aut fuit adiecta pena. ⁊ tunc aut loqmur in ꝯtcib⁹ ⁊ pena ꝯmittit̃ i totũ ſine obſtaculo exceptõnis vt dic. ⁊ l. ſi is qui ducẽta. §. cũ ita. de rebus du. ¶ Aut in iudicijs ⁊ tũc aut in his que ꝑtinent ad deciſionẽ. ⁊ idẽ. l. v. §. fi. de ver. obli. ⁊ ibi in glo. ¶ Aut loqmur in ꝑparatorijs iudiciorũ. ⁊ tunc de rigore ꝯmittit̃ inſolidũ ſed de eqtate obſtat exceptio niſi ꝓ ea pte ꝓ qua factũ ẽ. vt. l. ſi ſeruus. §. ſi plurimi. ff. ſi qs cauẽ. Aut ⁊ ſecũdo caſu pncipali loqmur in pluribus heredibus ⁊ tũc i obligatõe dãdi pena ꝯmittit̃ ꝯ oẽs ⁊ vno ſolo ꝯfaciẽte ſiue loquamur in ꝯtcibus ſiue in iudicijs quoad deciſionẽ. l. v. §. fi. de ver. ob. ¶ Idem eſt vbi in obligatõe factũ eſt indiuiduũ hoc ꝓbat̃ i l. iiij. §. cato. de verbo. ob. ꝯiuncta. d. l. v. §. fi. Et ꝓ vtroq3 eſt caſus aptus in. l. heredes. §. in illa. ff. fami. hercis. ¶ Vbi aũt eſſet factũ diuiduũ ⁊ tunc pena ſolum ꝯmittit̃ ꝯ facientẽ vt in. d. §. cato in v. at ſi. ⁊ ibi eſt caſus. ¶ Attende tamen ꝙ vbi factũ eſt indiuiduũ ⁊ debitũ ſeu ꝯfactio nõ deſcendit ex cã hẽditaria ponit̃ ſolũ ꝯfaciens. ⁊ pena ſolum ꝯ illum ꝯmittit̃. caſus ẽ in. l. de pupillo. §. pluriũ de no. ope. nũ. ¶ Idẽ eſt in ꝯtcibus bonefidei vbi factũ eſt indiuiduũ q2 ſolũ ꝯfaciẽs incidit in penã vt. l. depoſiti cũ. l. ſe. ff. depo. ¶ Idẽ dicendũ eſt in ꝓtorijs ſtipulatõibus q2 pena nõ ꝯmittitur niſi quatenus ⁊ ꝯ eũ ꝑ quem factũ eſt. q2 tales ſtipulatões habent in ſe eqtatẽ. vt. l. penale. §. iul. ad. l. falci. ⁊ no. Ang. in. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ff. ſi quis cau. ¶ In iudicijs aũt quoad ꝑparatoria committit̃ ꝯ oẽs ꝑ ꝯfactiõem vnius tantũ mero iure. ſed de equitate obſtat exceptio q2 nõ ꝯmittit̃ niſi ꝓ ea parte ꝓ qua ꝯfactũ eſt. vt. d. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ¶ Hec doctrina eſt Bar. tradita in d. l. iiij. §. cato. ⁊ Ange. in. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ſi quis cauẽ. que omnia dicunt̃ eſſe ⁊ ꝓcedere de iure ciuili. ¶ De equitate autem canonica dicũt penam nunquam ꝯmitti niſi ꝓ ea pte ꝓ qua contrafactum eſt vt in. c. ſententia de penis. vbi caſus eſt no. ¶ Ex his infert ipſe Ang. i. d. §. ſi plurium ꝙ ſi emphiteota deceſſit pluribus hẽdibus relictis ⁊ vnus nõ ſoluit canonem ꝓ parte ſua l3 ceteri ſoluerint portiões ſuas oẽs cadent a iure ſuo. Idem t3 glo. in l. cõi diuidun. Et iſtud ẽt eſt amplexus. Spe. in ti. de loca. §. nunc aliqua. ver. lxxij. Immo ẽt arbitrarer de iure ꝙ ſi is qui ſoluere diſtulit fuit ignorans rem eſſe emphiteoticã3 puta quia ſucceſſerat emphiteote. ⁊ ſic iuſta eſt ignorantia. c. qui in alterius de iureiurã. li. vi. ꝯ cadat a iure ſuo poterit reſtitui in integrum ꝑ glo. in. l. ij. C. de iure emphi. in vltima glo. quod etiam t3 Bar. in. l. cum filius. §. in hac de verborum ob. ⁊ Di. in. c. cum quis de regu. iur. lib. vi. ⁊ Specu. in ti. de loca. §. nunc aliqua. ver. xix. Probo a ſimili ꝑ ea que no. Bal. in. c. ſi vaſallus. in ti. ſi de feu. fue. ꝯtro. qui elegãter dixit ꝙ alienãs rem emphiteoticã ſine licentia domini non cadit a iure qđ ꝓbabiliter ꝯtingere põt in herede emphiteote in quo ꝓbabilis cadit ignorantia. vt. c. cum qs de regu. iu. li. vi. ⁊ d. l. q in alterius de regu. iur. ¶ Ceterũ ⁊ ſi omnia vera que ſ. dixi ſint tñ niſi difficultas ſuperuenit ſine culpa obligati cuius rõne adimplere nõ potuit ea ad que eſt obligat⁹ nõ ꝯmittit̃ pena ex pte ꝯfaciẽtĩ. ita ſcribit bar. in. d. §. cato. ⁊ Ang. in. d. §. ſi pluriũ. Pro qua deciſiõe eſt caſus rotũdus in. l. ſi vẽdẽda. §. idẽ iure. ff. ad. l. ro. de iac. ¶ Ex quib⁹ oibus videt̃ inferri ad ꝓpoſite. q. deciſionẽ. Nã aut ſñia arbitri ꝯtinet qđ dari vel factũ indiuiduũ tũc per nõ paritionẽ vnius heredũ pẽa cõmittit̃ quo ad oẽs attẽto rigore ſ3 attenta eqtate canonica nõ cõmittit̃ niſi quateu⁹ eſt ꝯtrafactũ ⁊ per quã eſt cõtrafactũ. Et hec eqtas cãonica ꝑferenda ẽ rigori iuris ciuilis. ita ſing. dicit gl. in. c. ſuã extra de penis. l3 aliqui doc. legũ ſenſerũt cõtrariũ vt ibi inquit glo. Et ꝓ glo. iuris cañ. facit ratio q2 vbi rigor ⁊ eqtas reperiunt̃ ſcripti ſemꝑ preferetur equitas vt. l. i. C. de legi. ⁊ ibi plene tradit̃ ⁊ in. l. placuit. C. de iud. ⁊ ibi late ꝑ ordinẽ ſcribit̃. S3 rigor iuris ciuilis ⁊ ſcriptus in. d. §. cato. ⁊ in. l. iiij. §. fi. de ver. ob. ⁊ equitas cano. eſt ſcripta in. c. ſuã de penis igitur. Si autem cõtinet factũ diuiduũ tunc cõmittitur ſolum penã contra illũ qui cõtrafecit vt. d. §. cato. ver. at ſi de eo. ¶ Superueniẽte autem difficultate in nihilum pena committitur. ita expreſſe in his terminis decidit Ange. in. d. §. ſi pluriũ ꝑ ꝯfactionẽ vnius heredis penã ꝯmitti ꝯ alios heredes qui nõ ꝯfecerũt. ¶ Item eo caſu qui nõ ꝯfecerint hñt regreſſũ ꝑ actionẽ fa. her. ꝯ ꝯfacientẽ ad ꝯſequẽdũ id qđ exburſauerũt ſui culpa vt. d. §. cato. ⁊ l. ij. §. idẽ ſi in facto eo. ti. ⁊ ibi tradit Bar. ¶ Et vt hec materia ꝑ ignorãtiã terminorũ nõ negligat̃ qualit̃ cognoſcat̃ factũ diuiduũ a facto indiuiduo tã ꝑ deſcriptionẽ quã ꝑ exẽpla declarare decreui. ¶ Factum ergo diuiduũ dicit̃ qđ ꝓ pte impletũ affert tãtã vtilitatem reſpectu ptis quãtã affert totũ reſpectu totius. ⁊ ſi ꝓ pte fiat ⁊ pro pte intereſſe pſtaret̃ in eadẽ re cõtingit ſolutio pene. Exẽplũ i illa ſtipulatiõe que qs ꝓmittit nõ agere q deceſſit trib⁹ relictĩs heredib⁹ vno herede ꝯfaciẽte oẽs in penã incidũt. nã talis ſtipulatio dr̃ ꝯtinere factũ diuiduũ. q2 ſi oẽs heredes obtẽperarẽt ſtipulatõi in totum debitor ꝯſequit̃ ſecuritatẽ tantũ ꝓ duab⁹ ꝑtibus. ſ. pro ptibus illorũ duorũ heredũ q nolũt agere ſ3 ſtipulatõi volũt obtẽperare. Cõſequit̃ aũt incõmodũ ꝓ tertia illius agẽtis heredis ⁊ ꝯfaciẽtis. Et Bar. ſequit̃ ꝙ tãtã vtilitatẽ affert ꝓ pte iplẽtũ quo ad ptẽ quãtũ totũ reſpectu toti⁹. Subijcit̃ poſtea in deſcriptiõe facti indiuidui. Et ſi fiat ꝓ pte. ⁊ ꝓ pte intereſſe pſtaret̃ in eadẽ re ꝯtingit ſolutio. Hoc ꝓbo ꝑ tale exẽplũ. nã qui tenet̃ ad reſtitutionẽ tenet̃ ad factũ. Pone ergo qs tenet̃ ad reſtituẽdũ ſaculũ pecunie iſtõ factũ dicit̃ diuiduũ q2 ſi pte impleat ſoluit pecuniã. ſi ꝓ alia pte nõ impleat ſuccedit obligatio ad intereſſe. ⁊ ſic ꝓ iſto intereſſe deb3 ſolui pecunia. Et ſic ſupra hẽo idẽ. ſ. pecuniã que in genere recepit functiõe3. ¶ Factũ vero indiuiduũ eſt qđ ꝓ pte impletũ nõ affert tãtã vtilitatẽ reſpectu ptis quãtã affert totũ reſpectu toti⁹. ¶ Item illud factũ dicit̃ indiuiduũ ꝙ ſi ꝓ pte fiat ⁊ ꝓ pte intereſſe preſtet̃ in diuerſis rebus ſolutio fieret. Exemplũ de prima deſcriptione facta indiuidui poni põt in eo qui ꝓmiſit domũ edificare. nã ps nõ affert tãtam vtilitatem reſpectu ptis quãtũ affert totũ reſpectu totius nã tota domus defenderet a pluuia ⁊ a uẽto. ſ3 ps domus nõ defendit ſi nõ habet niſi parietes a dimidia pte pluuie. ⁊ ſi nõ h3 niſi tectũ ⁊ nõ pietes nõ defendit a parte ventorũ. ſed tota domus defendit ab omni vento. Exemplũ ꝯ deſcriptiõe indiuidui. Quo ad ſecundã ptem poteſt poni in hac ſtipulatiõe fundũ tradi q2 ſi ps fundi tradit̃ ⁊ alia ps nõ tradit̃ ſuccedit obligatio ad intereſſe. ⁊ ſic intereſſe ſoluto qđ cõſiſtit in pecunia. ⁊ ſic in aduerſa re cõtingit ſolutio terrij. ſ. in fundo ⁊ in pecunia. ¶ Item põt poni exemplũ in illa ſtipulatione vnã penã panni mei reſtitui mihi. nam ſi reſtituit̃ dimidia pars hẽo pãnum pro dimidia. ſi nõ reſtituitur alia pars ſuccedit obligatio ad intereſſe qđ cõſiſtit in pecunia. l. ſi quis ab alio ꝯ re. iudi. §. fi. Et ſic in diuerſis rebus ꝯtingit ſolutio. Hec omnia ſunt tradita per Bar. elegãter. licet nõ ita clare in. l. ſtipulationes nõ diuidũtur in. ij. q. ff. de verbo obliga.

**Decimo.** Quero põe i ꝯpromiſſo ẽ adiecta clauſula ꝙ totiẽs pena ꝯmittit̃ quotiẽs ꝯfactũ fuerit an ſi pluries ꝯtrafactũ fuerit pluries ꝯmittant̃ pene. ita ꝙ poſſit exigi plurib⁹ vcib⁹. Spe. format hãc. q. in ti. de arbi. §. fi. v. qđ ſi dictũ eſt in ꝯpromiſſo ⁊ refert tres opi. ⁊ nil firmat. Bar. aũt in. l. ſi ſic. ff. de ver. ob. ⁊ in. l. nõ ex oib⁹. ff. de arbit. determinat ꝙ pluries pena ꝯmittit̃. ⁊ ſic pluries exigi poterit. Pro hoc caſus ẽ expſſus in. l. ſi duo. in pn̄. ff. ꝯ arbi. Ratio q2 talis pena ꝯmittit̃ rõne ꝯtẽtus igit̃ exigi põt totiẽs quotiẽs ꝯfieret. q2 in oẽm ꝯfactũ inducit̃ ꝯtẽpt⁹ arbitri. Glo. ita decidit in. §. q2 võ in aut. ꝯ iudi. col. vi. ⁊ pena dr̃ poni rõne ꝯtẽptus vbi ei⁹ cui ꝯfit nõ intereſt pecunialit̃ nõ cõtrafieri. ita inquit ſing. Ang. in. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de ver. ob. Et huiuſmõi ẽ pena que ponit̃ in ꝯpromiſſis. q2 arbiter nõ intereſt pecunialit̃ nõ ꝯfieri. ⁊ tñ is eſt cui ꝯtrafit q̃ pena arbitramẽtalis in cõpromiſſis appoſita exigi põt tã ꝯ iure cãon. q̃3 de iure ciuili vt eſt tex. in. c. per tuas. ⁊. c. dilecta. extra de arbi. ⁊ vtrobiq3 ꝑ glo. ⁊ doc. Idẽ tenuit indiſtincte. Bal. in. l. cũ allegas. C. de vſur. ⁊ glo. in. l. quint⁹. §. fi. de ve. ob. Cui⁹ deciſiõis ratio manifeſta declarat̃. Na3 aut dicim⁹ penã appoſitã in ꝯpromiſſo eſſe adiectã facto. Et ꝯcludũt oẽs tã canoniſte q̃3 legiſte talẽ penã poſſe exigi nec pſumit̃ eſſe adiectã in fraudẽ vſurarũ. ita cõcludit Inno. in. c. ſuã. de penis. ⁊ Ci. ⁊ bal. in. d. l. cũ allegas. ⁊ ange. in. l. verũ. de peti. heredi. Aut dicim⁹ talẽ penã eẽ adiectã dationi ſpẽi. ⁊ idẽ vt dicunt prefati doc. vt. ſ. ⁊ per Bar. in. l. lucius de actio. emp. Aut dicimus talem penã eſſe appoſitã datõi quã-

titatis.⁊ tũc ſi ille in cuius fauorem eſt adiecta pena eſt ſolitus fe-
nerari.tũc pena põt in ſubſidiũ exigi,ēt vltra intereſſe.nec p̄ſumit
eſſe adiectã in fraudem vſuraꝝ vt in locis.ſ̃.alle.ſm p̄fatos doc.
⁊ Bar.idem voluit in.l.ſtipulatio iſta.§.alteri de ver.ob.dicens
hoc tenere canoniſtas.⁊ in illis ſtandũ eſſe qꝛ melius intelligũt ma
teriã vſuraꝝ q̃ʒ legiſte. ¶ In hoc pũcto qñ pena eſt adiecta da
tioni quãtitatis ↄſuluerũt.do.Chriſto.de caſtel.Jo.de caſi.Ub.
de bo.⁊ ↄcorditer tenuerũt penã exigi poſſe.ita appʒ in eoꝝ ↄſilio
qđ incipit titius obligauit oĩa bona ſua. In hoc tamen diſcrepat
Ang.in.d.l.vtꝝ dicens ꝙ vbi pena eſt adiecta datõni quãtitatis
hodie p̄ſumit adiectũ in fraudem vſuraꝝ.tñ ſecus ſi nõ ſolitus ſit
fenerari niſi quatenus ↄcurrat cum intereſſe. Tamẽ Jmo.in.d.c.
ſuam tʒ ↄ̃triũ.⁊ Bar.in.d.§.alteri.⁊ Bal.in.d.l.cuʒ allegas.Et
eoꝝ opi.eſt cõior ⁊ cõiter tenet.nec refert ꝙ ad hoc vt nõ cenſeat
adiecta pena in fraudẽ vſuraꝝ vtꝝ ſit expreſſa quãtitas certa noie
pene.puta factum eſt inſtrm̃ depoſiti de centũ.⁊ in fine inſtri appo
ſitum eſt ꝙ centũ ꝓmiſit reſtituere ſub pena.x.an ſi pena exprimat
ꝑ nomina multiplicatiua puta ꝙ dicit in fine inſtri que centũ ꝓmi
ſit reſtituere ſub pena dupli tripli vel quadrupli.nã neutro caſu cẽ
ſebit pena adiecta in fraudẽ vſuraꝝ vt.l.ſi dictũ.in ꝑn.ff.de euic.⁊
ſcribit Bar.in.d.§.alterius.ſecus ſm eũ ſi diceret ſub pẽa dupli
eius ꝙ res valebit.hoc nõ vʒ qꝛ pena eſt appoſita reſpectu incer-
ti. In vno ergo caſu tantũ pena appoſita in ↄpromiſſo non poſit
exigi.vʒ qñ eſt adiecta datõi quãtitatis ⁊ ille in cuius fauoreʒ pẽa
eſt appoſita eſt ſolitus fenerari. Eodẽ mõ pena cenſebit adiecta
in fraudem vſuraꝝ ſi pena debet ↄmitti ſingulo menſe vel ſingu-
lo anno ſm Jnno.in.d.c.ſi cum.Jdem tʒ Bal.in.d.l.cũ allegas
pariter ⁊ in mutuo pena p̄ſumit ſemper adiecta in fraudem vſu-
raꝝ.nec diſtinguit vtrum ſit ſolitus fenerari vel nõ ſm Bal.in.l.
rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cer.peta.⁊ Ange.in.l. vtrum.de petitio hẽ.
⁊ Bal.in.d.l.cum allegas.Jn ceteris ſerua diſtinctõem ſupra po
ſitã qꝛ eſt ipſa veritas ⁊ omnes opi.doc.in hoc reſident. ¶ Stat
dubium qñ pena eſt appoſita in ↄpromiſſo vt intelligat adiecta
datõi quãtitatis ⁊ qñ facto.⁊ Bar.in.l.v.§.fi.de ver.ob.cõcludit
ꝙ ſi ſententia ↄtinet qđ dari cenſet adiecta datõi.Si aũt ↄtinetur
in ſnia factũ cenſet adiecta facto.Bal.aũt in.d.l.cũ allegas alit
diſtinguit.Vʒ aut ſnie ↄ̃fit ꝑ morã ſolutõis qꝛ nõ ſoluit.⁊ lʒ reſpe
ctu partis pena intelligat adiecta dationi.tamen reſpectu iudicis
ſeu arbitri intelligit adiecta facto quia non ſolum partis intereſt
non contrafieri ſed etiam arbitri intereſt ne ſuum arbitrium in cõ-
temptum deducat.Aut contrafit arbitramento quia pars contra
quam latum eſt arbitramentum impugnat ipſum arbitramentum
reducendi ad arbitrium boni viri.⁊ tunc nemini dubium ẽ quod
intelligitur pena adiecta facto. ¶ Et iſtud inueſtigare vtrum pe
na adiecta in compromiſſo cenſeat adiecta datõi vel facto ẽ vti
le ꝓpter ſtatuta diſponentia ꝙ pena adiecta datõi non poſſit exi
gi vt eſt Peruſij vt refert Bal.in.d.l.cum allegas.C.de vſu.
⁊ Ang.in.l.ij.§.idem querit.ff.ſiquis cautio.⁊ ibi ipſe Ang.ponit
ſua verba ↄ̃ hunc paſſum dicens ꝙ vtꝝ pena in ↄpromiſſo appo
ſita cenſeat appoſita dationi vel facto dignoſcitur ſuper conclu-
ſione petitionis ſuꝑ pena.nã ſi narrat taleʒ ↄdemnatũ ad dandũ.
x.⁊ nõ ſoluit quare petit ad penaʒ ↄdemnari intelligit pena adie-
cta dationi ⁊ hoc cãu ſtante ſtatuto vt.ſ̃.ſuccumberet petẽs penã
Sʒ ſi ↄcludit ꝙ talis fuit ↄdemnatꝰ ad.x.⁊ nõ ſoluendo ↄtempſit
arbitramentuʒ quare petit ↄdemnari ad penaʒ tunc cenſetur pena
adiecta facto.⁊ ideo hoc cãu petens in caſu ſtatuti de quo.ſ̃.ob-
tinere debet.⁊ ita ſemel de facto ang.obtinuit vt ipſe refert in.d.
§.idem queritur.Sed dicto ſtatuto non ſubſiſtente de iure cõmu-
ni ſiue pena foret in ↄpromiſſo adiecta dationi ſiue facto poteſt
exigi niſi in caſu quem.ſ̃.poſui. Jdeo in hoc articulo cõiungen-
do ſimul omnes opi.ſ.Bar.⁊ Bal.⁊ Ang.Cuʒ queritur vtrum
pena adiecta in cõpromiſſo intelligatur adiecta dationi vel facto.
Et in hoc nullus diſcrepat.Aut arbitramentuʒ continet dationẽ.
⁊ tunc aut cõdemnatus contrauenit arbitramento illud impugnã
do ⁊ dicit eſſe adiecta facto.⁊ ſic intelligit bal.in.d.l.cũ allegas.
Aut ↄ̃ fit arbitramẽto ꝓpter morã nõ ſoluendo quod debʒ dari.
Et tunc aut in iudicio pene petitum eſt cõdemnari ad penam.qꝛ
non ſoluit.⁊ tunc pena intelligitur adiecta dationi ⁊ ſic loquitur
bar.in.d.l.v.§.fi.de ver.obli. Aut concluditur in iudicio ſuꝑ pe-
na debere condemnari.qꝛ non ſoluendo contempſit arbitramen-
tum vel verba eq̄polẽtia.⁊ tunc cenſetur pena adiecta facto ⁊ ſic.
loquitur ange.in.l.ij.§.item queritur.ff.ſiquis cau. Et diuerſe opi.
ad ↄcordiã reducte ſunt vt omniũ ſaluet opi.⁊ recte iudicio meo
Hec que ſunt dicta habẽt locũ in pena in ↄpromiſſo inſerta vt in-
quit bal.in.d.l.quid tamen.§.fi.ff.đ arbi. Secus in iudice q̄ quãlʒ
penã in ſnia ſua ponere põt vt ſnia ſeruet.l.ſi pecuniã.ff.de re iud.
vbi eſt cãus.⁊ ibi ſcribit ang.qui ibideʒ ↄ̃dicit bal.⁊ dicit ꝙ arbit
in ſua ſnia põt ponere nouã penã que nõ eſt in cõpromiſſo vt ſua
ſnia ſeruet.alle.caſuʒ in.l.nõ ex oibꝰ.ff.de arbi.⁊ ſubdit ratõeʒ.qꝛ
arbitria ſunt redacta ad inſtar iudicioꝝ.Si ergo iudex põt:ergo ⁊
arbiter.ſicut oñdit.in.d.l.nõ ex oibꝰ.põt ꝑteʒ ↄtumaceʒ mulctare.
lʒ nõ fuerit de hoc in eo ↄpromiſſuʒ. ¶ Jteʒ poterit taleʒ penã in
arbitramento adijcere lʒ non in ↄpromiſſo deductũ nec dictũ ſit.
Et plʒ hec ſnia ang.ſʒ Bal.põt ſaluari.vt intelligit in arbitratore
q̄ hoc nõ põt.qꝛ arbitramenta nõ ſunt redacta ad inſtar iudicioꝝ
ſicut arbitria.Et hec pena que ponit in ↄpromiſſis dʒ applica-
ri parti attendenti ⁊ ñ fiſco imo ſi expꝛſſe dictũ ſit in ↄpromiſſo ꝙ
pena applicet fiſco.talis adiectio pene nõ valʒ ⁊ nõ applicat fiſco
caſus eſt in.l.arbiter intra certũ.ff.de arbi.qđ veruʒ eſt ſm Bar.
ibi niſi notarius ſtipulet nomie fiſci penã.nã tunc fiſco acquirit vt
no.per glo.in.§.ſiquis alij inſti.de inuti.ſtip.

**Duodecimo.** Quero pone lata ẽ ſnia arbitra-
mentalis ꝑ quã Titius ↄdẽnatꝰ
eſt ad laudũ.x.Seio.i.xx.dies.Titius nõ dedit.x.Seio.infra ter
minũ datũ vult poſtea dare Seius recuſat dicẽs ſe velle penã in
ↄpromiſſo ↄtentã.Ecõtra titꝰ dicit ſe velle purgare morã in cõ-
promiſſo ↄtentã.querit an poſſit mora purgari. ¶ Et ꝓ deciſiõe
huius.q.oportet examinare materiã altã ⁊ ꝓfundã.ſ.purgatõis
more Quã latiſſime ꝓſequit Bar.in.l.inſulã.ff.đ ver.ob.⁊ ang.
in.l.⁊ ſi poſt tres.ſiqs cau.⁊ plenꝰ ꝑ eũdẽ ange.in.d.l.ſi iſulã in re
petitiõe ſua. ¶ Dic ergo breuit aut loqmur de actoris mora pur
gãda.aut de mora rei. ¶ Primo caſu dico ꝙ aut erit vtile mo
raʒ purgat ad actiõeʒ ↄſeruãdã ⁊ põt vt.l.ſi.ita.§.ſcia cauit.de vb.
ob.Aut vult morã purgare ꝓ actiõe querẽda ⁊ nõ põt vt.l.thais.
§.ſi ita de fideicõ.lib.niſi reus ↄſenſerit purgatiõi ſm ang.in.d.l.
⁊ ſi poſt tres. Aut actor vult ↄſeq actiõeʒ acceſſorie ⁊ tũc põt vt.l.
celſus.§.fi.cũ.l.ſeq.de arbi.vt ↄcludit Bar.i.d.l.ſi inſulã ⁊ ang.in
.d.l.⁊ ſi poſt tres. ¶ Sʒ cãu quo dictũ eſt actoreʒ poſſe morã pur
gare.i.quãtũ tempꝰ poterit morã purgat.Dic ꝙ ad actiõeʒ ↄſeruã
daʒ poterit infra modicũ tempus arbitrio iudicis ſtatuẽtis poterit
morã purgare vt.d.§.ſcia cauit.Ad actioneʒ vero querendã infra
illđ infra qđ põt reſtõ poſtulari vt.l.cũ qdã.đ acq.he.⁊ hoc in ex-
traiudicialibꝰ.Si aũt mora ↄmittit in iudicialibꝰ.Si cõmittit mo
ra ꝓſequendi iudiciũ ſeruada eſt forma autentice q̄ ſemel.C.quõ
⁊ quãdo iud. Si vero ↄmittit mora in nõ veniẽdo ad audienduʒ
ſniaʒ ⁊ ꝑ hoc ꝑdidit nõ audit niſi iuſta cã ſuadente.puta qꝛ venit
iudice ſedente ꝓtribunali vt.l.diuus.ff.de i iite.reſti. Si vero mora
fuerit in ꝓponendo actiõeʒ in iudicio infra tẽpora coraʒ iudice or
dinario.tũc purgaret vſqꝫ quo interlocutꝰ fuit iudex actoreʒ nõ eẽ
amplius audiendũ vt no.in.l.q̄ ea.C.qui ac.ſi poſ. Hec eſt doctri
na ang.in.l.⁊ ſi poſt tres.in pe.col. Aut ⁊ ſcđo cãu ꝑncipali querit
ex parte rei vtꝝ morã purgare poterit.Et dic aut mora commiſ-
ſa eſt ꝓpter male factũ.aut propter obmiſſum.Et primo caſu ſi fa
ctũ eſt momẽtaneũ mora nõ põt purgari.tex.eſt in.l.i.§.ſiquis vim
ff.de po.Aut factũ eſt ſucceſſiuũ.⁊ tũc mora purgatur infra mo-
dicũ tempꝰ ſm Bar. ¶ Sʒ dic melius ſm ang.ꝙ in ↄ̃ctibꝰ bo-
nefidei mora purgat infra modicum tempus.ita debet intelligi
bar.⁊ tex.in.l.fi.§.colonꝰ.ff.locati.Aut loquimur in contractibus
ſtricti iuris.⁊ tũc mora nõ poteſt purgari.Gl.eſt in.l.habere lice
re.ff.de euic.⁊ tex.in.l.ſtipulatio iſta.§.quatenus de.ver.ob.ita
diſtinguit ange.in hoc arti.in.d.l.⁊ ſi poſt tres. ¶ Secundo cãu
qñ ꝑꝑ obmiſſuʒ.Dic aut executio eſt facta a lege vel ab homine
⁊ nõ admittitur purgatio more vt.l.ſi is.cui.de lega.ij.⁊ in.l.ob.
de cõdi.inde.⁊ tenet glo.⁊ Jo.an.in.c.cupientes.in.§.expectanti.
de elec.li.vi.⁊ Bar.in.d.l.ſi inſulam ⁊ ange.in.d.l.⁊ ſi poſt tres.
¶ Ex quo infert ange.ibidem ꝙ vbi quis nõ reſpondet poſitio
nibus in termino.⁊ ſic debet haberi ꝓ cõfeſſo.nõ poterit purgare
morã poſtea reſpondendo elapſo termino ⁊ ſic de ſingulis.Ubi

tamen executio facta a lege eſt medicinalis vt eſt excõicatio. tunc bene põt mora purgari vt. c. i. de ſen. ex. li. vi. ¶ Jtẽ põt mora purgari qñ cõmiſſa eſt mora in ſui dãnũ. caſus eſt in. l. mãcipioꝝ. ff. de op. lega. Exemplũ ſi ſum in mora ꝓducẽdi inſtr̃a vel exceptiões. Nã ꝑ lapſuꝫ termini ꝑcludit̃ via mihi ꝓducẽdi exceptiões ⁊ ꝓducendi inſtr̃a potero tamẽ morã purgare niſi ius alterius ſit factũ deterius. vt. l. ſi rẽ legatã. ff. de euic. ⁊ in cle. ſepe de ver. obli. ita dicit ſingu. Ang. vbi. ã. qđ no. ¶ Aut nõ ẽ facta executio ab homine vel a lege. ⁊ ſi interuenit iuramẽtũ nõ admittit̃ purgatio more. vt. l. ſi qs. C. de trãſac. niſi ſm Ang. iuſta cã interuenerit ꝑ quã nõ potuit impleri iuramentũ. vt. l. ſi. ff. qui ſatiſ. cogã. ⁊. c. breui. de iureiur. ¶ Aut nõ eſt iuratũ ⁊ tũc ſi in diſpoſitiõne eſt dies ⁊ pena ⁊ dies eſt appoſita cã multiplicãde obligatiõis admittit̃ purgatio more vt. l. traiectitie. §. de illo de actio. ⁊ obli. ⁊. l. magnã. C. de cõtrahen. ⁊ cõmitten. ſtipu. ¶ Aut loquimur in iudicialibus ⁊ preparatorijs. ⁊ tũc admittit̃ purgatio more niſi ius actoris ſit factũ deterius. ita intelligit̃ tex. in. d. l. ⁊ ſi poſt tres. dũmõ in paucos dies purget̃ niſi ſit fideiuſſor de iudicio ſiſti. vt. l. ſancimus. C. de fideiuſ. eo. ti. ¶ Si aũt loquimur in deciſorijs iudicialibus ⁊ dies eſt appoſita ab homine nõ admittit̃ purgatio more. Si aũt dies ẽ appoſita a lege ⁊ tũc admittit̃ purgatio vt. l. ſi cũ dies. §. ſi. cũ. l. ſe. ff. de arbi. vbi oĩa hec ꝓbant̃. ¶ Ubi vero eſſet expꝛeſſum intereſſe cõuentũ in inſtr̃o ſiue eſſet appoſita dies ſiue nõ mora purgari nõ poterit. vt. d. l. ſi cũ dies. §. ſi. cũ. l. ſe. ff. de arbi. ita tꝫ Ang. i. d. l. ⁊ ſi poſt tres. Aut nõ eſt dies nec pena adiecta. ⁊ tunc ante litem cõteſtataꝫ admittit̃ purgatio more ſi actoris nõ interſit ⁊ ꝙ infra modicuꝫ tp̃s alias ſecus. Poſt vero litẽ cõteſtatã ſi offert̃ illud qđ petit̃ nõ purgat̃ mora niſi interuenerit oblatio cõſignatio ⁊ depoſitio. vt inſti. de ꝑpe. ⁊ tẽpo. ac. §. ſi. facit qđ habet̃ in. l. ꝫ ſi alia de conſtitu. pecu. in glo. que glo. dꝫ intelligi qñ interueniebat ſola oblatio que nõ ſufficit poſt litẽ conte. ꝫ ſufficeret ſi foret ſimplicit̃ oblatum ante litem cõte. ſm Bar. in. d. l. inſulã. Aut poſt litẽ cõteſtatam vnum offert̃ ⁊ aliud petit̃. ⁊ tũc ſi incipit eſſe in mora ꝑ litis conteſtatiõem vt in caſu noſtro. l. in fideicõmiſ. in prin. ff. de vſu. ⁊ admittit̃ purgatio vſqꝫ ad ſniam. ⁊ ſic dꝫ limitari. d. l. ſi inſulam. vꝫ ꝙ vbi ante litem cõteſtatã nõ fuit in mora ſed poſtmodũ ꝑ litis cõteſtatiõem poſſit mora purgari vſqꝫ ad ſniam. ⁊. l. ſi inſulam hꝫ locum vbi quis fuit in mora ante litem cõte. tunc poſt litem cõteſtatã nõ admittit̃ purgatio more. vt. d. l. ſi inſulam. ¶ Aut eſt dies tm̃ vel pena tantũ. ⁊ tunc admittit̃ purgatio more. vt. d. l. ſi ita quis. §. ſeia cauit. de verborum obligatio. ⁊. d. l. i. de pe. lega. quod d ẽ intelligendum ſm ꝙ intelligit̃ vbi non eſt dies nec pena. vꝫ duob⁹ concurrentibus. ſ. ꝙ purget̃ infra modicum tempus ⁊ ꝙ actoris non interſit moram non purgari. d. §. ſeia cauit. ¶ Et id qđ dicit̃ non poſſe moram purgari vbi actoris interſit. intelligit̃ ſi intereſſe eſt vltra id quod eſt in obligatiõne principali ſm Cinum ⁊ Bar. in prima opinione. tamen ſi ſoluat̃ actori tale intereſſe admittitur purgatio ſm Bar. vbi ſupra. ⁊ tꝫ glo. in. d. l. ſi cum dies. §. ſi. cum. l. ſequenti de arbi. ¶ Jtem vbi eſt clauſula rato manẽte pacto nõ admittit̃ purgatio more ſm Ang. Bal. ⁊ Pe. licet Bar. cõtrariũ tenuerit ⁊ male. ꝙ cõtra ipſum eſt gl. in. l. ſi ſtipulatus ſim mihi ⁊ ꝓpetuo de ver. ob. facit etiam tex. l. id. qđ pene. ff. de ſol. ⁊ eſt ipſa veritas ꝙ in oĩb⁹ caſib⁹ vbi dictũ eſt morã poſſe purgari venit limitãdũ niſi adſit clauſula rato manẽte pacto. ⁊ niſi iuramẽtũ interuenerit. ita eſt de mẽte ꝑfatorũ doc. in dictis locis. ¶ Et no. ꝙ dicta clauſula rato manente pacto opat̃ etiã hoc ꝓ per acceſſum ad iudicẽ nunqꝫ recedit̃ ab arbitro vel arbitratore vt ſingulariter refert flo. in. l. ſi quis rem de arbi. ⁊ ſimiliter vbi etiam appoſita guarantigia vt per Bar. in. l. ij. de arbi. ¶ Condeſcendo nunc ad deciſionem. q. noſtre ⁊ ex predictis reſultat clara determinatio nam ſi in ſententia arbitri fuit appoſita dies ꝙ dixit condẽno ticium ad dãdum ſeio. x. infra. x. dies qđ facere poteſt. quia arbiter poteſt diem ſolutioni prefigere. l. quid tamen. §. ſolutioni. de arbi. ⁊ Jnno. in. c. cuꝫ dilectus. de arbi. tunc elapſo die termini non poterit mora purgari. ita eſt de directo caſus in. d. l. celſus. ff. de arbi. ¶ Si aũt arbiter ſimpliciter cõdẽnauit ticiuꝫ ad dãdum ſeio. x. nulla adiecta mẽtiõe termini. Hoc caſu poterit mora purgari vſqꝫ ad lit. conteſta. ſuper iudicio pene. tex. eſt. l. ſi cum dies §. ſi. ff. de arbi. Et ſic mitius agitur cum lege qꝫ cuꝫ hoĩe. ita ſcribit Bar. in. d. l. ſi inſulã. ¶ Et hoc ꝙ dicit̃ morã poſſe purgari vſqꝫ ad lit. cõteſ. ꝓcedit niſi interſit actoris ſolui tp̃e mo. cõtracte ⁊ ſic ſua interſit morã nõ purgari vt. ſ. dictũ ẽ. nã tũc nõ põt purgari mora niſi intereſſe ſoluat̃ actori. ⁊ ſoluẽdo tale intereſſe purgatio induciť glo. d. l. ſi cũ dies. §. ſi. Et ẽ generale in omni cãu quo mora purgari põt vſqꝫ ad lit. cõte. q: hoc limitat̃ niſi actoris interſit ſolutuꝫ fuiſſe tp̃e cõmiſſe pene. nã tũc mora ñ põt purgari niſi ſoluat̃ intereſſe bene facit. l. ſi qs. ita. §. ſeia. cauit. ff. de ver. ob. Exẽpliũ põe fuit cõdẽnatus ticius ad dãdũ mille ⁊ pena erat in cõpromiſſo deducta fuit interpellatus cõdẽnatus vt ſolueret ⁊ nõ ſoluit ꝑꝑ qđ ꝑditũ eſt vnũ pignus actoris ⁊ ſub vſuris qđ valebat cẽtũ qđ erat obligatuꝫ ꝓ. xxv. ⁊ ſi habuiſſet tp̃e cõmiſſe pene dicta mille nõ fuiſſet perditũ dictũ pignus. certe intereſt actoris moraꝫ ñ purgari ideo nõ purgabit̃ niſi offerat intereſſe actori ſcilicet. lxxv. qua ꝑdidit dict⁹ actor ꝓpter ꝑditiõnẽ dicti pignoris. Jſta ergo regula q̃ dicit morã poſſe purgari vſqꝫ ad lit. cõteſ. recipit talẽ declaratiõeꝫ. vꝫ hoc ꝓcedere qñ mora fuit cõmiſſa añ lit. cõteſ. puta ꝑ lapſuꝫ termini vel ꝑ interpellatiõeꝫ. ſꝫ vbi mora inducat̃ ꝑ lit. cõteſ. q: nõ erat appoſita dies niſi interuenerat interpellatio extraiudicialis vt in cãu. l. i. fideicõmiſſ. in pn̄. ff. de vſu. tũc in omni caſu vbi dicit̃ morã poſſe purgari vſqꝫ ad lit. cõte hoc caſu poterit purgari vſqꝫ ad ſententiaꝫ ſm Bar. in. d. l. ſi inſulã. ¶ Jtẽ recipit dicta regula aliã declaratiõnẽ vꝫ ꝙ tũc põt purgari mora vſqꝫ ad lit. cõteſ. qñ lit. conteſtõ nõ eſt ſtatuta in modicũ tẽpus poſt morã cõtractã qđ modicuꝫ tẽpus ẽ in arbitrio iudicis ꝑ tex. in. d. §. ſeia cauit. ⁊ Bar. in. d. l. ſi inſulã. ¶ Jtẽ recipit ꝑdicta regula aliã declaratiõeꝫ. vꝫ ꝙ mora põt purgari vſqꝫ ad lit. cõteſ. niſi actoris interſit ſolui tp̃e more cõtracte ꝑ. l. ſi cũ dies. §. ſi. cũ. l. ſe. ff. de arbi. ⁊ ꝑ. d. §. ſeia cauit ⁊ bar. in. d. l. ſi inſulã. Tñ hoc caſu vt dixi admittit̃ purgatio mo: ſi offerat moroſus intereſſe ⁊ ſoluat illud ꝑ glo. in. d. §. ſi. Hoc tñ vbi cõmiſſa ẽ mora ⁊ illa purgari nõ põt vt eſt in. q. noſtra ꝓpoſita de cõdẽnato per arbitrũ ſi actor recipiat principale. ſ. ſortem nulla premiſſa ꝓteſtõe de pena. puta q: nõ dixit recipio iſta. x. in quibus cõdẽnat⁹ eſt ſaluo iure meo ad penã tũc penã petere nõ poterit. tex. ẽ in. l. celſus. in prin. de arbi. ſecus vbi premiſiſſet dictam proteſtõeꝫ quia adhuc poterit petere penã ar. l. debitor. §. ſi. ff. q. mo. pig. vel hipo. ſol. Et no. in ſi. per ci. de emphiteota in. l. ij. C. de iu. emp. ⁊ in ꝓprijs terminis ita decidit ſpe. in. ti. de arb. §. ſi. v. ſꝫ pone ꝙ dũ recipit. qui dicit ꝙ vbi creditor a cõdẽnato recipit pecuniam poſt terminuꝫ nõ premiſſa ꝓteſtõe ſaluo iure meo. amplius penam petere nõ poterit. ſecus vbi talem ꝓteſtõem premiſit vt. d. l. debitor. §. ſi. Nam tunc dictã penã petere petere poterit quatenus non excedit ſorteꝫ. quatenus aũt excedit ſorteꝫ nõ poterit petere. l. apud celſuꝫ. §. labeo. de excep. doli. Et hoc veruꝫ ſm eũ niſi eſſet clauſula appoſita rato manente cõpromiſſo. imo plus ſi qs incideret in penã. puta emphiteota nõ ſoluit canonẽ infra terminũ triennij ꝑ ſolã petitiõeꝫ ſortis excluſus eſt creditor a petitiõe pene. Jdẽ in ſi. no. Jo. an. i ti. de loca. §. ſi. v. ⁊ q̃rit̃. Et ſic emphiteota hoc cãu nõ poterit ab emphiteoſi deici. Jtẽ nõ ꝑiudicaret ſibi in receptiõe ſorti quominus cõſeq poſſit penã ſi in cõpromiſſo interueniſſꝫ clauſula rato manẽte cõpromiſſo ſm ſpe. in ti. de arbi. §. itẽ ꝙ pena. ¶ Jdẽ puto ſi interueniſſꝫ iuramẽtũ q: hꝫ vim clauſule rato manẽte cõpromiſſo ⁊c. vt. l. ſi qs maior. C. de trãſac. ⁊ ibi no. Bar. ⁊ Bal.

## Decimoſecundo.

Quero pone in cõpromiſſo ptes appoſuerunt talẽ clauſulã. vꝫ q̃ decẽ ptes ꝓmiſerũt ſtar̃ ⁊ nõ cõuenire oĩb⁹ que dicta ⁊ ꝓnũciata fuerint ꝑ dictos arbitros. An ꝑ vnũquẽqꝫ actũ dicet̃ cõuenire. ita vt ſciat̃ an cõmiſſa ſit pena. Dic ꝙ hẽm⁹ pulchꝛ tex. ⁊ meliorẽ q̃ ſit in iure declaratũ ⁊ eſt i. l. ſi qs maior. C. de trãc. vbi dr̃ cõuenire per ſolã ſupplicatiõeꝫ factã principi vel ꝑ ſolã aditioneꝫ factã ad iudicẽ. ac ẽt ſi nõ ſoluit ⁊ ſi nõ reſtituit ꝓmiſſa. hec colligit ſing. Bar. ibi ex illo tex. vbi dictũ eſt in cõpromiſſo. ⁊ vbi poſita ſunt hec verba formalia. quia partes ꝓmiſerunt nõ cõtrauenire. Si aũt dictũ fuiſſet in cõpromiſſo vel alia diſpoſitione extraiudicia in ꝓmiſſuꝫ fuiſſet non petere ſub certa pena committetur pena ſolum ꝑ lit. cõte. vt. l. ampli⁹ nõ. ff. reꝫ ra. ha. vbi cãus ⁊ ibi plene per bar. ⁊ no. bar. in. d. l. ſi quis. ¶ Sed qd ſi qs ꝓmiſit alicui nõ mouere qõem ſub certa pena. qñ dicetur mota queſtio vt dicat̃ mora cõmiſſa. Glo. in. l. qui fideꝫ. ff. de tranſac. dicit ꝙ qua

titer cūq̃ ꝓcītaꝛ vel moleſteꝛ ↄmittiꝛ pena. Glo.no.in.l.ij.⁊.iij.C.ſi.regun.dicit ꝙ qȯ diceꝛ demū li.ↄte. Bar.in.d.l.amplius nō.ꝑ ↄcoꝛ.baꝝ glo.no.diſtinguit hoc mō. Aut verbū qȯ ꝓferꝛ a lege ⁊ qȯ intelligiꝛ ꝓ litis ↄte.ita loqꝛ tex.⁊ glo.in.d.l.ij.⁊.iij. Aut verbū qȯ ꝓferꝛ ab hoīe.⁊ tūc loquiꝛ glo.in.d.l.q fidē.vt qȯ dicatur ante litē ↄte.⁊ ēt poſt. Simil'r ↄtrouerſia diciꝛ ⁊ añ litē ↄte.⁊ poſt. vt.l.ſed ſi lege.§.ſi antea.de peti.hē. Et ↄtrouerſia dī reſiſtentia. vt.l.nō ſolū.§.ſi ſtatus.ff.de ꝑcu.ꝓ quo ē glo.ſingu.in.l.luci⁹.§.tres hīdes.ff.ad treb. ¶ Cā aūt ⁊ lis inter ſe differūt.qꝛ cā diciꝛ poſt litē ↄte.tm̄.lis vero dī añ li.ↄte.⁊ poſt.ita dicit glo.in.l.cauſas.C.de tranſac.quā glo.ſeqtur Ja.bu.⁊ Bal.ſed Bar.in.d.l.cauſas reprobat ex tex.gl.dicens ꝙ ↄ̄ ē caſus deciſus in.c.ex ꝑte de v.ſi.vbi lis diciꝛ poſt li.ↄte.ſeu ꝑ litis ↄte.⁊ veꝝ dicit qꝛ ille tex.nō pōt cauillari. Cā aūt ſm̄ Bar.dī ante li.ↄteſ.⁊ poſt.⁊ ſic bar.dicit totū ↄ̄tū eius qȯ ponit glo.⁊ ꝓbari vꝛ caſus in aūt.q ſemel C.quō ⁊ qñ iu.ibi ꝙ ſi cām differat ꝓſequi ſit declarando vltra Bar.nā.d.aūt.loquitur oī caſu ſiue lis fuerit ↄte.ſiue nō vt ibi pꝫ ⁊ ſubijcit ꝙ ſi cām ꝓſeq differat.pone ꝙ lis nō erat ↄte.⁊ ibi diciꝛ ꝙ impatoꝛ appellat cām ante li.ↄte.qꝛ dicit differat ꝓſequi cauſā ergo ſequiꝛ ꝙ erat appellata ipſa cā ⁊ tamen lis nō erat conteſta. ¶ Item in caſu in quo lis erat ↄteſ.dicit impatoꝛ differat ꝓſeq cām ⁊ ſic cām vocat poſt li.ↄte.qꝛ illa verba de qbus.ſ̄.deſeruiūt vtroqꝫ caſui ſiue lis fuerit.ↄte.ſiue nō.⁊ ſic ē ibi caſus ꝓ Bar.cū quo ego ſto.qꝛ ꝓ eo ſunt caſus legis apti vt.ſ̄.ꝓbatū ē. Diſcordia vero diciꝛ ante litē ↄte.glo.eſt no.in.d.c.ex ꝑte veſtra.ꝓ qua facit tex.in.c.piſanus de reſti.ſpo.circa pn̄. Hec ſunt vtilia ꝓ ſtatutis diſponētibus ꝙ ſi fuerit lis cā qȯ ↄtrouerſia inter affines ſiat ↄpromiſſum'⁊c̄.nam ↄſideranda ſunt verba ſtatuti ꝑ que verba loquanꝛ vtrum ſit verbum cauſa tantū an vero lis tantū ⁊ de alijs.nam ſi diceret in ſtatuto ſi fuerit lis ⁊c̄.nō adiceret cā ↄtrouerſia ⁊ queſtio ⁊c̄.nō poſſet fieri compromiſſum niſi lite conte. quia lis non eſt niſi ↄteſta.litis.ſecus ſi vtaꝛ alijs verbis de quib⁹ ſupra que omnia tene menti qꝛ vtilia ſunt ⁊ quotidiana. Et ſi qs ꝓmittit ratam habiturum ſn̄iam latam per arbitrum petendo eā reduci nō incidit in penam niſi ꝓmiſſum ſit non petere reduci ꝑ bar.in.l.iij.ff.rem ra.habe. ¶ Et no.ꝙ exceptio oppoſita contra ↄpromiſſum inualidum nō facit quem incidere in penam.bal.in l.i.C.de execu.rei iudi. ¶ Et quoad ↄmiſſionem pene no.ꝙ ſi ē ↄdemnata vna ꝑs alteri ⁊ mille.⁊ altera alteri in qngentis ⁊ iuſſit ſoluere in diem ſub pena in ↄpromiſſo ↄtenta.certe ille qui ↄdemnaꝛ minori quātitate ne incidat in penā dꝫ ↄpenſare ⁊ liberare aduerſarium vſqꝫ in ↄcurrentē quātitatē ⁊ habeꝛ ↄditio ꝓ impleta ꝑ Bar.in.l.iulianus de ↄdi.⁊ de. Et ſi ↄdemnatus maioꝛ quātitate petat laudū reduci an ↄ̄dictum minoꝛ quātitate ↄdemnatū pōt fieri executio ibidem ꝑ Bar.

## Decimotertio

Quero pone in ↄpromiſſo ē oppoſita clauſula vꝫ Titius nomine ſuo ⁊ noīe fratris ſui ⁊c̄.ꝓ quo ꝓmiſit de rato ⁊ ꝙ habebit ratum ⁊ firmū p̄ns ↄpromiſſuꝫ qa lata ſn̄ia mortu⁹ ē ſeius antequaꝫ ratificauerit vtꝝ ↄmittaꝛ dicta ſtipulatio ad intereſſe vel ad penam ſi eſt appoſita niſi ratificent dictum compromiſſuꝫ heredes ſui. Breuiter dicendū eſt ꝙ nō.qꝛ ipi heredes non p̄nt ratificare cū tale ius ratificandi nō eſt trāſmiſſuꝫ ad heredes ⁊ tale ius ratificari nō pōt ꝑ heredes ſi deceſſerit ꝑncipalis ſuus ante ei⁹ ratificatiōeꝫ. Hec eſt doctri.Di.in.c.ra.habitio de re.iur.li.vi.⁊ bar.in l.pe.ff.rē ra.hab.vbi ēt bonus tex.⁊ ſcribit ēt Bal.in ↄſilio. Nobiles viri. Conſtat quoqꝫ ↄpromiſſuꝫ tale eſſe qȯ ad heredes litigatoris nō trāſit.l.dieꝫ.§.i.de arb' iō cuꝫ nō fuerit agnitū ⁊ ratificatuꝫ ⁊ diffinitū ratificari nō poterit ꝑ heredes vñ dicta ſtipulatio nō poterit dici ↄmiſſa eo qꝛ dicti heredes nō ratificauerūt dictuꝫ ↄpromiſſuꝫ.ita ↄcludit in ꝓprijs terminis bal.in.d.cōſi.que ſn̄ia eſt vera ꝑ ea que.ſ̄.dicta ſunt ⁊ deducta. ¶ Sed nunqd erit ↄmiſſa ſtipulatio eo qꝛ nō fecit ratificare dictū ↄpromiſſuꝫ ſeio ante ei⁹ mortē.planū ē ꝙ ſic ſi potuit ratificare ⁊ nō ratificauit ſed ſi nō potuiſſet puta qꝛ erat abſēs ſeius in longinqs partib⁹ ⁊ forte dubitabaꝛ de ſua vita tūc ↄmiſſa non eſt ſtipulatio qꝛ cenſeꝛ impoſſibilis cui ſtipulationi ipoſſibili pena adiecta ſeu.ſtipulatio adiecta nō ↄmittiꝛ nec exigi poteſt caſus eſt in.l.ſi homo mortuus de ver.obliga.ita determinat bal.in cōſilio ſuo.ſ̄.alle.⁊ eſt ipſa veritas.

## Decimoquarto.

Quero in ↄpromiſſo ē appoſita huiuſmodi clauſula vꝫ ꝙ dicte ꝑtes renūciāt reductiōi ad arbitriū bōi viri vtrū ꝑ talē renūciatōeꝫ tollaꝛ ꝙ nō poſſit ſn̄ia arbitratoris reduci ad arbitriū boni viri ſi fuit iniqua. Et in hoc arti.fuerūt opi.varie quas opi.ↄcordādo diſtinxit pulchꝛe bar.hoc modo. Aut arbitratoꝛ iniquē ē arbitratus dolo ⁊ talis renūciatio ñ valet.qꝛ dolo futuro renūciari ñ pōt tacite nec expſſe.l.ſi vnus.§.illud de pac.⁊ hoc modo loqtur tota diſputatio dī.in.c.ſicuti de regu.iu.li.vi. Aut arbitratoꝛ nō fuit in dolo ⁊ tūc hoc cāu aut ē deceptio in magna quātitate.⁊ adhuc nō valet renūciatio qꝛ inē tacita ↄditio niſi imoderate leſerit ar.ff.de.ver.ob.l.qdaꝫ cū ſi.⁊.l.ꝗro.§.inꝛ locatorē.ff.loca.⁊.ita ſꝫ bar.dꝫ intelligi glo.que ē in.l.ſi de meis.§.recepiſſe de arbi.ꝗ dic poſſe auferre de iure vni ⁊ dare alteri.nā dꝫ intelligi ſic moderate accipiēdo. ¶ Si vero ē parua quātitas in qua ē exceſſus.⁊ tūc ñ pōt reduci ad arbitriū bōi viri ⁊ ſic tūc valet renūciatio ⁊ magna quātitas dꝛ ſi ē exceſſus vltra ſextā ꝑtē.l.vñ ſi nerua.cū.l.ſe.ff.pro ſo.iūcta.l.ſi ↄuenerit.⁊ ſic iferꝛ ꝙ talis renūciatio nil opaꝛ.qꝛ etiaꝫ ſi nulla eſſet facta renūciatio ſi eſſet leſio circa ſextā ꝑtē nō poſſet reduci ad arbitriū bōi viri.d.l.vñ ſi nerua.⁊ no.bar.in repeti.§.arbitroꝝ.⁊.l.ſi.C.de ↄtrah.emp. ¶ Sed qd ſi in renūciatiōe reductiōis ad arbitriū bōi viri dictū ē ꝙ poſſit auferre in magna quātitate ⁊ parua dictus arbiꝛ. Reſpōdeo ſecundū Jo.an.in.c.humilis de ma.⁊ obe.ꝙ nō poterit tūc peti reductio ad arbitriū bōi viri.qȯ ē intelligendū ſꝫ Bal.in.c.quintauallis de iureiurā.niſi dolo aut lata culpa qꝛ ſi dolo tulit nō tꝫ renūciatio.qꝛ dolo futuro renūciari nō pōt. Si aūt lata culpa tulit iniquū arbitriū.⁊ tūc valet renūciatio. Si nō ē ſtatutū in meris finibus renūciatiōis ſꝫ vlteri⁹ factū eſt pactū de nō penitēdo ꝑ vtrāqꝫ ꝑtem vel de nō agendo. Nam cū ſit par dubius euentus nō videꝛ quis arguere ar.l.ſi pater puelle.C.de inoſ.te. Aut nō interuenit dolus vel lata culpa.ſed alter eſt leſio in magna quātitate.⁊ tunc nō poterit reduci cuꝫ data fuerit poteſtas per partes alias ſi ſtatutū eſſet in meris finibus renūciationis quia ſit dictum ꝙ poſſit auferre de iure vni ⁊ dare alteri in parua ⁊ magna quātitate ſi fuerit enormis leſio poterit reduci ſecundum cal.in diſpu.⁊ ſequitur Bal.in.l.cum antea.C.de arbi. Ubi tamen expreſſa fuiſſet quātitas certa.quia dictuꝫ fuiſſet ꝙ poſſet auferre de iure vni ⁊ dare alteri in parua ⁊ magna quātitate.etiam auferendo.c.florenos de portione vnius ⁊ dare alteri.nam tunc ſi aufert.c.flore.vni parti ⁊ dat alteri.in ſententia.talis ſentētia ñ pōt reduci ad arbitriū bōi viri.qȯ ē nota. ¶ Quid ſi fuit dictū in ↄpromiſſo ꝙ eligerūt nō habēdo reſpectū ad aliuꝫ.an iſta verba ſint impeditiua reductionis ad arbitriū boni viri ꝙ dubiuꝫ raro memini me legiſſe inter doc.⁊ vī ꝙ ita ſi qs ↄſiderat quedā verba Bar.in.l.ij.§.tā ⁊ ſi.de arbi.ꝙ arbitratoꝛ pōt facere ꝙ faceret quilꝫ bonus vir.⁊ ſi nō facit reduciꝛ ad arbitriū bōi viri. Sꝫ in arbitro vt facit ipe vt bon⁹ vir ⁊ nō vt quilibꝫ bonus vir. Et ideo ex predictis videꝛ reſultare cautella huiuſmōi ꝙ ſi in cōpromiſſo diceret ꝙ hēat facere ⁊ iudicare preciſe illud ꝙ faceret ipſe vt bonus vir.⁊ nō qȯ faceret alius bonus vir.⁊ habito reſpectu ad aliuꝫ.ꝙ tunc a tali ſententia nō poteſt peti reductio vbi dicit Bar.ar.illius tex.⁊ glo. Et hanc ſententiā bar.firmat Ludo.ro.in ſingula. Tamen cōſuluendo nō auderem firmare ꝙ ꝑ talia verba tollatur reductio ⁊.ita cōſuluit Salu.de peru.in conſi. In nomine indiuidue tri.viſo quodaꝫ comp. ¶ Sed quid ſi in cōpromiſſo diceꝛ ꝙ dicte ꝑtes ex nūc emologauerunt.an tūc poterit reduci ad arbitriū boni viri.ferꝛ Di.cōſuluiſſe idē ē qȯ in renūciatiōe ſimplici ō qua ꝓ̄dixi vt intelliganꝛ ꝑtes emologare ſi equum fuerit arbitrat⁹.⁊ ita etiā ꝑtrāſeunt oēs doc. Et hoc ꝓpter ignorantiā eoꝝ que laudari debēt ne videatur dolus remitti ⁊ dare materiaꝫ fraudibus vt ꝑ Bar.in.l.cū antea.C.de arbi.⁊ Bal.in l.ſi.C.de ↄtrahē.emp.⁊ Bar.in.d.§.arbitrorū.⁊ Anto.bu.in.d.c.quintauallis. Et idem ſi emologatio fiat poſt laudūꝫ latū anteqꝫ partes habeant de eo ſcientiaꝫ.noticiā qꝛ ēt tunc poteſt peti reductio vt per Bar.⁊ Bald.in.l.nec quicꝗ̄.§.vbi decretuꝫ.de offi.procō.⁊ leg.licet cōtrariū ſenſerit hoſti.in.c.humilis.de ma.⁊ ob.quem ſequiꝛ ibi Jo.an.quia eorū dicta intelliguntur quando laudum eſt iuſtū ſecus ſi doloſuꝫ.quia in generali ratificatōe circa incognita nō intelligitur remiſſus dolus etiam de preterito vt in.l.

ſi.C.ſi maior.fac.⁊ declarat Abb.⁊ Jo.de imo.in.d.c.humilis. ¶ Preterea vt declarat inſignis doc.Mēricus boic.i.d.c.hu milis.no.ꝑ Hoſti.⁊ Jo.an.ꝓcedūt qñ ptes ꝯſentiūt in iudicē vel in arbitꝝ puta qñ ꝯpromittūt ꝙ ꝛ poſſit arbitrari alte ⁊ baſſe ⁊ auferre de iure vnius ⁊ dare alteri.Secus ſi ſumus in actu extra iudiciali.q2 ille ꝗ ꝯſentit ꝯuentōi quā ignorat ñ ꝓiudicat ſibi.l.tres fratres de pac.l.cū agliana de tranſac. Et iō in tali caſu deducat̄ in iudicio quāſi laudū latū fuit.tamē ꝑtibus nō lectū vel publica tum.ſꝫ ignorant ꝯtenta in eo ratificauerūt ⁊ emologauerunt. Ut ergo emologatio ꝓiudicet dꝫ emologatio interuenire poſt lau dū latū ⁊ lectū corā ꝑtibus.Sꝫ qd ſi in ꝯpromiſſo interuenit iura mentū q2 ptes iurauerūt de nō reducendo ⁊ ſtādo ſnīe ⁊ vlterius dictum fuit ꝙ poſſit arbiter auferre in magna ⁊ parua quātitate. Bar.in.d.§.arbitrorꝝ dicit ꝙ iuramentū hꝫ in ſe illā ꝯditiōeꝫ quā hꝫ pactū ꝓambulū.ſ.de nō veniendo ꝯ ſi equū arbitratus fuerit.l. ſi libertus de ope.liber.⁊.l.fi.C.de nō nume.pecu.ad muni.l.fi.in ꝓn.⁊ cōiter tranſeūt legiſte.ſꝫ q2 iſta materia ē magis cano.ꝗꝫ ci. iō ⁊c.Manc.q.diſputauit late Cal.⁊ determinauit eam egregie quā determinatōem ſecutus ē Jo.an.in ti.de arbi.§.fi.ver.item ſi ꝯpromiſſum in addi.Spe.que determinatio talis eſt vꝫ.Aut arbi trator aliqd inique mandauit qḋ eſt ꝯ deum ita ꝙ eius obſeruan tia inducit peccatū.⁊ tale arbitramentū nō eſt ſeruādū ⁊ hoc caſu petenti reductiōem nō ob.iuramentū nec tūc ꝗ petit ē ꝑiurus.xxij. q.iiij.c.ſi aliqd.§.i.⁊.ij.⁊.c.ſigs ꝯuentus.⁊.c.qntauallis. Aut id qḋ mandauit arbitrator nō eſt ꝯ deū vt.ſ.ſꝫ alias eſt iniquū ⁊ tūc aut iniqtas ē tantū re ipſa ⁊ altera ps eſt enormit̄ leſa ⁊ non appet de dolo arbitratoris ⁊ tūc nō pōt peti reductio metu iuramenti.⁊ ꝯueniens eſt ꝑiurus cum hic ſolum de ꝓiudicio iurantis tractet̄ quantū ad iura ſua.⁊ ad qḋ potuit maxime ſe iuramento obligare ſponte ex certa ſcientia.vt.c.cum veniſſet de inſti.⁊.c.quanuis de penis li.vi.⁊ hoc caſu ꝓcedit ⁊ qḋ tractat Hoſt.de pena.Aut ar bitramentū fuit iniquū dolo arbitratoris vt q2 ꝑ ſordes vel gratiā inique eſt arbitratus vel odio alterius ptis.⁊ tunc poterit peti re ductio ⁊ petens tunc non erit ꝑiurus.ita intelligit̄ Bar.in.d.§.ar bitrorꝝ.⁊ qḋ.ſ.ꝯcluſum eſt eum recitando in hoc articulo.⁊ hoc ꝓcedit ſiue in dicta renūciatōe dictum fuit ꝙ nō reducat̄ ad arbi trium boni viri etiam ſi doloſe arbitratus fuerit vel ſi expreſſe di ctum non fuerit. ¶ Hec eſt ratio manifeſta quia dolus de futu ro remitti non poteſt.d.l.ſi vnus.§.illud.de pac. Hec eſt ſenten tia Calde.quam ſentiunt cōiter doc.ſm Floria.in.d.§.arbitrorū. Huic deciſioni facio vnum motiuū. Nam Cal.facit vnā diſti ctōem.vtꝝ interuenerit dolus in arbitramēto arbitratoris vel fue rit enormis leſio re ipſa.ſꝫ vr̄ ꝙ ꝑ ſolā enormē leſionē depꝛhēdat̄ ⁊ ꝓſumit̄ dolus ꝑ tex.l.ſi ſupſtite.C.de dolo.⁊ quod no.Bar.in l.fi.ſiue pe.de pcto.ſtipu.⁊ ꝑ cōſequens hi duo caſus quos ponit diuerſos Calde.vident̄ vnus caſus ⁊ idem vꝫ quando non in teruenit dolus.⁊ ſic videt̄ quod vtrobiqꝫ poſſit habere locum reductio non ob.iuramento quaſi dolus interuenerit.So.predi cta militat quādo nō eſt data poteſtas auferendi in magna quāti tate ⁊c.Sed vbi data eſt poteſtas arbitratori de auferēdo in qua cunqꝫ magna quantitate voluerit q2 tunc ꝑ enormē leſionem que eſt re ipa ñ apparet expſſe ḋ dolo nō redarguit̄ dolus q2 ſcienti ⁊ volenti nō infert̄ iniuria nec dolus ſꝫ ptes voluerūt ꝙ poſſit acci pi quātuncunqꝫ voluerit arbitrator iō ceſſat dolus.⁊ ſic no.ꝑ li mitatiōe.d.l.ſi ſupſtite. Tñ Pe.de anch.in.d.c.qntauallis tꝫ ꝙ ēt ſi dicat̄ ꝙ poſſit enormiſſime ledere ꝙ ſi iudici ꝯſtat ḋ enormiſ ſima leſione ex qua reſultat dolus arbitratoris ꝙ pōt peti.⁊ ita te nuit ꝯſulendo Salu.de peru. ¶ Sꝫ pone factū eſt ꝯpromiſſuꝫ ⁊ ptes ꝓmiſerūt ſtare cōſciētie arbitra.an ſi ſentētia fuerit iniqua poterit reduci ad arbitriū boni viri glo.c.ſtatutū.§.aſſeſſorem de reſcri.li.vi.tꝫ ꝙ nō ſed glo.cle.i.in ver.oneramus de iu.pa.voluit ꝯriuꝫ bal.i.l.i.C.de re.cre.ꝑ cōcor.glo.diſtinguit. Aut tractatur de paruo preiudicio ⁊ reductio poterit fieri.ita loquatur.i.gloſ. Aut tractatur de magno preiudicio ⁊ reductio nō poterit fieri.⁊ ita loquatur alia glo.facit in ſi.quod dixit Bar.in.l.filiusfami lias.ff.de dona.q2 dixit ꝙ vbi data eſt poteſtas iudici ꝙ poſſit facere tamen non poterit inique agere .Et ſit cautus ſemper iu dex ꝙ bene conſideret formam petitionis reductionis vt videat an ſit intētat⁹ dolus arbitratoris ſeu enormiſſima leſio vel tantū dem importās alias libellus eſſet ineptus ⁊ nō ꝓcederet per.c.ex pte abbatiſſe de priui.⁊.c.cū generolit̄ de ꝓu.⁊.l.cū quedā de iur. om.iu.in quibus pꝫ ꝙ ea ꝗ ſunt dāde iuriſdictiōis debēt in libello allegari.Ex omnib⁹ ꝓmiſſis euidēter ꝯcludit̄ nullū eē modū eui tādi reductiōeꝫ ⁊c.Fert̄ tñ di.ꝯſuluiſſe i ꝯſi.ſuo qḋ icipit Tolōe⁹ ⁊c.ſoi talē modū adhibēdū ⁊ ſalubrē.vꝫ ꝙ ſint due pſone ſepate a litigatorib⁹ ꝗ adinuicē inter ſe ꝓmittāt penā ſi altera ps peteret re ductiōeꝫ vel ꝯuen.t̄ arbitramēto.Exēplū ꝯpromiſſuꝫ ē factū inter antōiū ⁊ baltramū.modo catho ⁊ mathe⁹ int̄ ſe ꝓmittūt penā hoc modo.vꝫ.q2 catho ꝓmittit cētū nomine pene Matheo ſi Anto nius ꝯuenerit.⁊ Mathe⁹ ꝓmittit cathōi cētū ſi Baltramus ꝯue nerit.Certe ſi altera ps venerit ꝯ ꝯmittat̄ pēa ex pte ꝓmittentꝭ.ac ſi ipſe ꝯueniſſꝫ.Tñ iſtud ꝯſiliū nō ē ſufficiēs.pone qḋ iſti ꝗ ꝓmiſe rūt penā erāt extrāei nec itimi amici litigatorꝝ.nā ꝑ hoc litigātes ñ ſtabūt ꝯuenire.In vno aūt ſolo cāu poſſet eſſe ſalubre ꝯſiliū di.ſi ꝓmittētes penā eſſent adeo amici litigātiū intrinſeci vt ꝙ ptes ñ auderēt ꝯuenire vt ſuus amicus ſolueret penā qḋ ē de raro ꝯtin gentib⁹.Et iſtud ꝯſiliū di.plꝫ.d.Flo.in.d.§.arbi.Et iſtud ideꝫ etiā ꝯſuluit Jo.an.in addi.ſpe.de arbi.§.fi.ver.iteꝫ ſi ꝯpromiſſuꝫ.di cens ꝙ iſta cautela frequentat̄ in ciuitate bonōie ꝙ no. ¶ Sꝫ que ro que eſt ratio ꝙ appellatōi renūciari pōt ꝑ pactū.Nā poſſūt fa cere pactū de nō appellādo a ſentētia iudicis ⁊ valet tale pactū ap pellari nō poſſe.l.fi.§.illud.C.de tēp.ap.Cur nō ita dꝫ valere pa ctū de nō reducēdo ad arbitriū boni viri ſententiā arbitratoris cuꝫ reductio ſit ſpecies appellatōis.l.ñ diſtinguem⁹.§.cū qdā.ḋ arbi. Rñdeo ideo nō tꝫ pactū de ñ reducēdo ad arbitriū boni viri.q2 tale pactū initarꝫ arbitratorē ad delinquēdū.ſ.ad inique arbitrādū vidēs ꝙ ꝯ ſuā ſentētiā reclamari nō poſſet.qḋ pactū eſt nullū ⁊ ñ valet.l.conuenire.de pac.dota.At pactuꝫ de nō appellando a ſen tentia iudicis valet quia nō mutatur iudex ad delinquēdū per tale pactuꝫ.cuꝫ talis preſumptio nō cadat in iudice qui eſt miniſter le gis ⁊ habeat iuriſdictiōeꝫ de publico introductā.Ideo lex mul tum de illo cōfidit ꝑ modū qḋ nō preſumit̄ illū inique ſententiare nec fore iudicaturuꝫ.Hinc eſt ꝙ pro ſentētia iudicis preſumitur.l. herēnius.§.gaia.ff.de euic. ¶ Ex hoc infero ꝙ cum a ſententia arbitri ex neceſſitate electi puta ex forma ſtatuti diſponentis ꝙ ſi queſtio fuerit inter affines fiat cōpromiſſum.poſſit appellari vt no.glo.⁊ Barto.in.l.arbitro.ff.qui ſa.co.⁊ Bal.in.l.fi.C.de iu di.⁊ in.c.quintauallis.de iureiurā.ſi fiat pactum de nō appellan do a tali ſentētia.tale pactuꝫ nō valebit.niſi eo modo quo valeret renunciatio reductiōis ad arbitriū boni viri.⁊ hoc.quia talis arbit̄ nō eſſet miniſter legis habens aliquaꝫ iuriſdictioneꝫ ſicut in mero arbitratore dicit̄ quod no.quia eſt vile. ¶ Et quando ꝓmiſſum eſt nō petere reductioneꝫ cum iuramento.vide di.in ꝯſilio incipi ente.Tolomeus.anto.de but.ꝯſilio.xxiiij.Alex.de imo.ſa pte ꝯſi. xxxij.⁊ in.ij.parte ꝯſi.cvi.

Decimoquinto. Quero qd dicēdū ē ḋ alia clauſula ꝗ ſolū appōit̄ quot tidie in ꝯpromiſſis.vꝫ ꝙ dicti arbitratores poſſunt ſemel ⁊ pluries dictū ꝯpromiſſuꝫ prorogare preſentib⁹ partibus ⁊ abſentibus.De hoc dic vt plene dixi.ſ.in prima parte huius tractat⁹ in declara tione huius termini ꝓrogatio.Et ibi vide totā materiā proroga tionis quantū attinet ad premiſſa.⁊ ibi tradidi plura vtilia ⁊ quot tidiana pro quib⁹ ſufficit remiſſio.

Decimoſexto. Quero vtꝝ in reductiōe ad ar bitriū bōi viri poſſint fieri noue ꝓbatiōes ad detegēduꝫ iniqtatē arbitratoris.Dic breuit̄ ſm bar. ⁊ flo.in.d.§.arbitrorꝝ.q2 ſi redarguit̄ dolus arbitratoris in hac re ductiōe nō poterūt fieri noue ꝓbatiōes.nā hoc pōt fieri tm̄ ex an tiqs ⁊ corā eo ꝓbatis. Nā eorꝝ ꝗ ḋ nouo ꝓbāda ſūt caderet i eū ꝓbabilis ignorātia.q2 ñ debuerit diuinare eā vt cle.bene.c.i.pꝫ ꝙ illo reſpcū ñ pōt in eū cadere dolus.q2 vāt ⁊ cadit demū in ſciēte ꝗ ex aio venit.l.i.ff.ḋ dolo.⁊ no.ff.ex ꝗ.ca.in poſ.e.l.fulcin⁹.§.qd ſi latitare.in glo.qḋ verum eſt ſm flo.niſi forte eius facto factum eſſet vt tales ꝓbationes reciperentur coraꝫ eo. Pro hoc facit in l.ſi dictuꝫ.§.pe.ff.de euic. Pro hoc etiam facit qḋ dici ꝯſueuit in alia materia.ꝙ ſi is qui obtinuit in cauſa principali poſtea ſuccū bit in cauſa appellatiōis ex nouis ꝓbationib⁹ factis in cauſa ap pellationis nō cōdēnatur in expēſis.quia fuit in errore facti.⁊ q2

potuit ꝓbabiliter ignorare tales ꝓbatõeſ. immo neſciunt cũ non fuerint facte in cauſa principali. Si aũt ſuccubuit ex ꝓbatõibus factis in cã ꝑncipali tũc dʒ ↄdemnari in expenſis. Hec fuit doctrina Jo. an in. c. ignorantia de regu. iur. in. vi. Item tenuit Inno. et Imo. in. c. finẽ litibus. de do. et ↄtu. qḋ no. ꝓ intellectu glo. in. l. generaliter. §. finaũ. ver. diſpendij. C. de re. cre. ¶ Si vero nõ apparet in cã reductiõis detegi dolũ arbitratoris ſed ſolã leſionem enormẽ que apparet re ipſa tũc poterũt ẽt fieri noue ꝓbatõnes in cã appellatõis. ar. eoꝝ que no. in. l. ꝑ hanc. C. de tẽ. ap. Hec dicta ḋ ꝓbatõibus qñ nõ poſſunt fieri ad tegendũ dolũ arbitratoris intelligunt̃ de ꝓbatõibus que oĩo fiunt de nouo. Secus aũt ſi nũc ꝓbare vellem forte per teſtes id qḋ ꝓbatũ fuit corã arbitratore ḋ quo forte nõ apparet qꝛ de tali ꝓbatõe nulla fuit ↄfecta ſcriptura cũ arbitrator nõ ſeruet ordinẽ iuris. Hec enim non eſt noua ꝓbatio ſʒ iã ꝓbati declaratio. l. adeo. §. cũ quis de acqui. re. do. ij. q. i. c. ſũt quidã. idḋ talis ꝓbatio fieri poterit ad detegendũ dolũ arbitratoris. ita ſingu. inquit do. Flora. in. d. §. arbitroꝝ qḋ ẽ no. et qꝛ pulcꝛ dictũ et mihi placet.

## Decimoſeptimo.

Quero vtꝝ reductio ad arbitrium boni viri poſſit tolli ſtatutũ diſponẽs ꝙ ſnia arbitratoris nõ poſſit reduci ad arbitrium boni viri nec querelari. Reſpondeo ꝙ ſtatutũ nil opat̃ vbi in ſnia arbitratoris interuenit dolus vel lata culpa arbitratoris. Nã tunc nõ obſtãte tali ſtatuto talis ſnia reduci poterit ad arbitrium boni viri ꝑ dolũ. Ita voluit expreſſe Bal. in. l. cũ antea. C. de arbi. et eſt caſus in. l. diẽ ꝓferre. §. ſtari. ff. de arbi. et voluit ẽt Hoſti. in. c. ij. extra de arbi. q dicit nullo pacto vel lege effici poſſe ꝙ ſtet̃ iniquo arbitramẽto doloſe lato. Iſtã ẽt ſniam tʒ Ful. in quodam ſuo ↄſilio quod incipit. Cũ inter Antoniũ et Ualentinũ eã ratiõe qꝛ ſtatuta indiſtincte ꝓlata recipiunt reſtrictiuã interp̃tatõem a iure cõi ne q̃s rei ſue indebite damnũ patiat̃. l. ij. C. de noxa. Ideo ꝑꝑ hoc ſm eũ ibi ꝑ magnã leſionẽ ẽt ſi nõ interueniſſet dolus arbitratoris reductio haberet locũ. idḋ ſi ſtatuentes exp̃ſſe ſciuiſſent arbitramentũ nõ poſſe reduci ẽt ſi adeſſet dolus arbitratoris nõ valeret ſtatutũ qꝛ ↄ̃ bonos mores et qꝛ turpe. l. pacta que ↄ̃. C. de pac. Igit̃ nec interp̃tandũ ſtatutũ eſt ꝙ ſtatuẽtes voluerũt ſub generalitate verboꝝ dolũ ↄprehendere. Hinc cadit no. ſi. Inno. in c. cũ acceſſiſſet de ↄſti. dicens ꝙ ſtatutũ ↄtinens iniquitatem fieri non põt ꝑ populũ. de quo eſt caſus in. l. i. C. de mono. Sʒ nemini dubiũ ẽ ꝙ ſi ſtatutũ de quo. ẽ. intelligeret̃ de arbitramento ↄtinẽte dolũ arbitratoris eſſe iniquũ et iniquitatẽ ↄtineret igit̃ etc. Tale ergo ſtatutũ operaret vbi ceſſaret dolus arbitratoris alias ſententia non eſſet iniqua. Et puto hoc caſu ſatis conſtare de dolo arbitratoris vbi ſententia contineret enormẽ leſionem ex qua dolus preſumit̃ iuris preſumptione vt. l. ſi ſuperſtite. C. de dolo. et ibi caſus et no. Bar. in. l. ſi. de preto. ſtipulatio. et eſt glo. in. l. cuʒ poſtea. C. de pactis in verbo caueat. et eſt no. Bal. in repertorio ſup Inno. in verbo dolus. q. ij. niſi contrarium ꝓbaret̃ per aduerſaʒ partem quia lʒ iuris preſumptio ſit liquidiſſima ꝓbatio. vt. l. lʒ imperator de lega. primo. et glo. in. l. ſi tutor. C. de pericu. tuto. Tñ põt ꝓbari ↄ̃riũ vt vult glo. in. l. non eſt veriſimile. ff. ꝙ me. cã et glo. iuris canoñ. in. c. is qui fidẽ. de ſpon. et tex. in. l. qui cirographũ de ꝓba. et lʒ hec ſnia ſit cõis tamen putareʒ ↄtrariuʒ per. d. §. ſtari. qꝛ ſm hoc. d. §. ſtari nihil operatur.

## Decimooctauo.

Quero quo iure petat̃ iſta reductio ad arbitrium boni viri. In hoc art. fuerũt opi. diuerſe. Et ꝓ ↄcor. ex mẽte bar. et doc. dic. Aut loquimur in ↄ̃ctib' ſtricti iuris. et tũc petit̃ offõ iudicis vt. l. ſi libertus de ope. lib. Aut loquimur in ↄ̃ctib' bone fidei et tunc aut ex eo ↄ̃ctu orit̃ actio ei q vult petere reduci. et petit̃ actiõe ex ↄ̃ctu vt. d. §. arbitroꝝ. ff. ꝓ ſo. Aut ex ei' pte nõ orit̃ actio. Exemplũ pone in ↄ̃ctu dotis ↄpromiſſuʒ ẽ in aliquẽ vt ſtatueret dotẽ alicui mulieri q ſtatuit inique. qꝛ mulieream nimis grauauit. ſed certe ex ꝑte mulieris ↄſtante mr̃imonio ad repetẽdũ nõ dabit̃ actio tũc recurrit̃ ad officiũ iudicis vt. d. l. ſi libert'. Hoc probat̃ et aliter naʒ ſi mulier cõuenit̃ a viro vigore talis arbitramẽti ad dotẽ poſſʒ poſtea excipere. de eius iniquitate de qua ꝑ officiũ iudicis mercenariuʒ cognoſcit̃. modo regula iuris eſt ꝙ vbi quis habet exceptionem. et ſi nõ ↄueniat̃ põt implorare officiuʒ iudicis ne inquietet̃ ab aduerſario ergo etc. Probat̃ in. gl. in. l. ſi ↄtendãt. ff. de fideiuſſ. facit. l. aurelius. §. centũ. et qḋ ibi no. de lib. le. ſm bar. ¶ Et no. ꝙ ſi talis reductio petat̃ ꝑ ꝓcuratorẽ dʒ ad hoc habere ſpeciale mãdatuʒ cũ ſit penalis ex forma ↄpromiſſi cui' vigore emanauit laudũ. et ptes ꝓmiſerũt nõ ↄ̃facere et venire de iure vel de facto vt ↄſuluit Bar. cõſi. ccxj. facit tex. cũ gl. in. l. i. §. quotiẽs. de vi et vi ar. et tex. Bar. et Ange. in. l. i. §. ſi procur. de cõ. inde.

## Decimonono.

Quero. viſo quo iur̃ reductõ petit̃. coraʒ quo iudice petit̃ ipſa reductio. Et Bar. in. d. §. arbitroꝝ dicit ꝙ erit iudex cauſe principalis. et ratio eſt. Nã vbi petit̃ hec reductio iure actõis certũ eſt ꝙ actor ſequit̃ forũ rei et dʒ examinare corã eo q eẽt iudex illius actõis qḋ ꝓbat̃ ſʒ Bar. in. l. vñ ſi nerua. ff. ꝓ ſo. ꝓut hr̃ ꝑ litterã ꝑ iudiciũ bone fidei. Idẽ ſi petat̃ ꝑ offm̃ iudicis vt. l. i. C. vbi et apḋ quẽ. Dicit tñ ipſe bar. cẽ aduertẽdũ ꝙ qñ iſtud iudicis offm̃ ĩplorat̃ ab eo cui iſta actio ↄpetit. põt iſta reductio peti corã iudice ipſi' rei. lʒ iudex ñ ſit ipſius actoris. Ratio qꝛ cũ illa exceptio nũc examinet̃ ꝑncipalit̃ qꝛ alias in iudicio actore agẽte examinaretur incidẽter põt examinari corã illo iudice corã quo poſſet actor hãc actõeʒ ↄpõere nec in hoc actor grauat̃. qꝛ ſic hẽret neceſſe facere de iure cõi. Pro hoc videtur caſus ſʒ eũ in. l. cum hi. §. tranſac. ff. de tranſac. vbi dr̃ ꝙ ille iudex debet arbitrari ſuper tranſactiõe q eſſet futurus ſup lite. ſʒ qñ recurrit̃ ad iudicẽ ſeu ad bonum viꝝ recurrit̃ vt arbit̃ ſup trãſactiõe igit̃ etc. ¶ Et ꝑ hoc colligit̃ ꝙ ñ recurrit̃ ad ſupiorẽ arbitratoris. ꝑ hoc vr̃ caſus in. c. cũ exponit̃. ḋ arbi. vbi papa cognoſcit de arbitramẽto lato a iudice venetiaꝝ q ſibi nõ ſubeſt mãdãs electo et abbati ſancti zenonis et canonicat' Ueronẽſis ibi in ſcriptis exiſtẽtis ꝑ eos irritũ reuocari quodcũqʒ ꝑ illos duos arbitros ↄ̃ ſniaʒ Hoſtiẽſis ep̃i apoſtolice ſedis legati inuenerũt eſſe factũ etc. Et tñ ibi ptes ḋ qbus agit̃ inter quas vertebat̃ ſuberãt tñ pape. Hec ſunt verba Bar. in loco ꝑallegato. Ange. vero in. l. ſi ſuſpecta. §. ñ. de inoffi. te. dicit ꝙ erit ſupior arbitratoris ille iudex corã quo ventillabit̃ illa reductio predicta eo qꝛ iſta reductio eſt appellãdi ſpẽs vt. l. nõ diſtinguemus. §. cuʒ quidã de arbi. Ipſe idem ange. in. l. qui certo. de cõdi. ideʒ. tʒ opi. Bar. indiſtincte cũ quo etiã trãſit flo. in. d. §. arbitroꝝ. et ant. in. d. c. qntauallis. Et ẽ ꝑlʒ mihi de iure cõi. Dicit. tñ. d. anto. in. d. c. qntauallis. Ubi dubitaret̃ de iuramento vel aliquid ſeruandum eſſe ↄtra iuramentũ vel vbi laudũ cõtineret peccatũ euidens vel ſimilia vel naturalẽ inquitateʒ iudicis. tũc iudex eccleſiaſtic' eſt iudex cõpetẽs alias ſtat cũ Bar. Sʒ ſi ex forma ſtatuti arbitramẽta ꝓducerent actiõeʒ et mãdarent̃ executiõi ſicut ſnie tũc bon' vir coraʒ quo reductio deberet ventilari eſſet ſupior arbitratore. ita no. Bar. et Bal. in. l. ij. C. vbi et apud quos et ratio ẽ qꝛ hoc cãu arbitramẽta ſunt redacta ad inſtar iudicioꝝ nimiꝝ ergo ſi diſponat̃ vt dixi qꝛ ideʒ eſſet in iudice appellatõis. qꝛ ẽ ſupior iudicãtis. l. i. ff. de ap. ¶ Sʒ qd ſi litigãtes eſſent diuerſi loci. qꝛ vn' paduanus alius pũſin' et arbitrator Mediolanenſis q̃s erit iudex reductionis. Ang. in. l. ſi ſuſpecta. §. ñ. de inof. te. tʒ ꝙ iudex arbitratoris. ſed in. l. q. certo loco. de cõ. ind. tʒ ꝙ erit iudex rei. et hoc etiã tʒ Fede. ḋ ſe. ↄſi. cclxxvij. qḋ ſequit̃ in. d. c. ñ. ꝙ ſi in laudo ↄtineat̃ aliqd debere ſolui in certo loco iudex illius loci poterit eſſe iudex competens ſi id non ſoluatur. ¶ Sed pone ꝙ arbitrator fuerit iudex ordinarius. puta poteſtas vel vicari' ſuus quis erit bonus vir corã quo interponatur reductio. Reſpõdeo tunc erit ſuperior arbitratoris et ſic erit iudex appellationis. ita no. Flor. in. d. §. arbitrorum. qḋ credo veruʒ qꝛ hoc caſu aliter cõſuli nõ põt querelãri. cũ poteſtas et vicarius ſit idẽ tribunal vt no. Bal. in. c. dilecti de ap. licet ꝑtãs habeat maiorẽ dignitatẽ et ꝑtãteʒ vt ibidẽ ꝑ Bal. hic ẽ qḋ a vicario ad ꝑtãteʒ nõ põt appellari vt ibi ꝑ Bal. facit. c. nõ putauimus. de ↄſue. li. vi. et. c. romana. de ap. li. vi. cũ ſi ſentẽtia nulla dicit̃ lata ꝑ vicariũ poterit adiri poteſtas ſm Bal. in loco ꝑal. quod eſt no. ¶ Et no. ꝙ ſi arbiter reſeruauit ſibi poteſtatẽ iterũ laudãdi ſup laudatis et declarãdi etc. ꝙ durante termino ↄpromiſſi non poterit peti reductio corã iudice ſʒ debʒ recurri ad eundeʒ arbitꝝ q cogendus eſt vt eſt tex. in. l. iij. §. tam et ſi. de arbi. et ibi per glo. et doc. et plene. no. in. l. q ḋ tñ. de arbi. et valet poteſtas data arbitris iteruʒ laudandi ſemel et pluries de omnib' litibus preſentib' et futuris vt firmat Fran. de albergo. in. l. ij. de in dieʒ addic. et fac qḋ no. in

l.pecuniā.ff.ſi cer.pe.ꝛ in.l.neceſſarijs de acqui.here.

## Vigeſimo

Quero infra quātū tpſ poſſit intentari reductio ad arbitriū boni viri multe ſūt opi. Multi ſunt qui dicūt.j.x.dies ad inſtar appellatōis.ſed hoc nō pl; Inno.in.d.c.quintauallis de iureiu.qui dixit ꝙ lꝫ ſnīa arbitri emologet̄ p taciturnitatē.x.dieꝝ.nō ſic eſt in ſnīa arbitratoꝛis. Sꝫ Bar.dixit ꝙ eo ipſo ꝙ ptes tacuerūt p annū ꝛ nō eſt reclamatū intelligit̄ ꝯſenſum eſſe in talem ſniam.ꝛ ſic talis reductio ſꝫ euꝫ interponi dꝫ.j.annū.ita dicit ipſe in.§.arbitroꝝ. Pro quo alle.l.qui ſe grauatos.C.de agri.ꝛ cenſi.li.xi.ſed illa lex nil facit ſcđm alios doc.ꝛ maxime ſm do.Flo.q ibi loquit̄ in fiſco vbi ē ſpāle.ergo in ꝯtrariū eſt ius cōe.ꝛ ſic facit ꝯ Bar. Alij dicūt reduci poſſe.j.quattuoꝛ mēſes.qbus elapſis amplius nō audit̄ volens reducere ad arbitriū boni viri.qꝛ tm̄ tp̄s dat̄ iudicatis.l.fi.C.de vſu.rei iudi. Iſta opi.cōiter approbat̄ ꝛ merito. Alij vt Ja.but.diſtinguūt. Aut loquimur in ſnīa arbitri ꝛ talis ſnīa nō pt̄ reſcindi.l.dic.§.ſtari.de arbi. Aut eſt ſnīa arbitratoꝛis ꝛ illa poterit reduci vſque ad.xxx.annos ꝯtinuos. Et hanc opi.tenuit Cy.in.d.§.arbitroꝝ.in addi.ſuis. Iſtud ēt eſt amplexus Bal.in.l.fi.C.de ꝯtrahen.emp. Hāc opi.expſſe tenuit Alberi.de roſa.in.l.ſi ſocietatē.ff.p ſo.dicens eā eſſe cōem ꝛ eā cōit̄ ſeruari. Finaliter hāc ſniam ſecutus ē famoſus doc. Pau.de eleaza.de collec.mediola.qui dicit hāc opi.fore cōem ꝛ cōiter ſeruari.ita dicit in ꝯſi.qđ incipit. In p̄ſentia q.vertit̄ dubiū infra quātū tp̄s. Hec deniqꝫ ſnīa tenet̄ p Anto.in d.c.quintauallis. Ego quidē hāc ſniam puto veriſſimam qꝛ ſiue petat̄ officio iudicis dicta reductio tale officium iudicis de iure xxx.annos durat.vt no.glo.in.l.quādā.C.de fal.quod ꝯpetit vbi actio ē ſtricti iuris ꝛ dictū fuit.ſ. Siue petat̄ actōe bōe fi dei q̄ cōiter durat annis.xxx.l.i.§.ad hoc.C.de anna.excep.ꝛ.l.ij.C.de cōſti.pecu. ¶ Fateoꝛ tamē ꝙ vbi ſnīa arbitratoꝛis fert̄ ꝯ reū ꝯuentum tali reo duplex modus competeret talem ſniam reducendi. ¶ Primus modus p modū agendi vt.ſ.dictū eſt.verbi grā.lata ſnīa arbitramenti ꝯ reū ſtatim vel ex interuallo venit ipſe coram iudice bono viro ꝛ reductōꝫ interponit aſſerēs talē ſniaꝫ eē iniquā ꝛ ipſum iudicem informari debere.ꝛ iſte modus reducendi ꝯpetit reo ēt p modū actōis vt ſcribit Ang.in.l.ꝓcipimus.§.filius exheredatus đ inoffi.te.ꝛ iſte modus durat ppetuo ꝛ que annalia ſunt ad agendū ſunt ppetua ad excipiendū.l.pe.§.fi.de exce.doli. ¶ Secūdus modus eſt p modū excipiendi. Exemplū lata ſnīa ꝯ reū actoꝛ petit executōem ſententie ex forma ſtatuti quod cōiter viget ꝙ ſententia arbitratoꝛis executōi mandat̄ ſicut ſententia diffinitiua. Reus excipit dn̄e iudex nō debetis exequi illā ſententiā qꝛ eſt iniqua ꝛ iniuſta ꝛ doloſe lata.quā iniquā dico ꝛ iniuſtā ꝛ peto p vos de eius iniquitate cognoſci ac iniquā eſſe ꝓnunciari. Nā tūc iudex hꝫ cognoſcere de iniquitate huiuſmodi ſententie in modū exceptōis reductōe corā eo deducta. Et talis modus reducendi quotieſcūqꝫ petit̄ executio ſnīe poterit p reū opponi ac exerceri. ¶ Quod dixi p modū exceptōis reductiōeꝫ ppetuo peti poſſe intelligo vſqꝫ ad annos.xxx. ¶ Nam vltra non poteſt p viam actionis peti nec poterit per viam exceptionis que cuꝫ ſapiat naturam actionis non plus durat quam ipſa actio. Iſtud tenet ange.in.l.ſiquis libertatē ver.nā cū quidā de pe.he.ꝛ ibi per bar.in tex.qđ no.p limitatōe.l.pure.§.fi.de dol.excep. Idē firmat Pau.de liaꝫ.in cle.i.de in inte.reſti.q.xxvij. ¶ Si tn̄ elapſis.xxx.annis actoꝛ peteret taleꝫ executiōeꝫ ſententie reus poſſet repellere actoꝛē p exceptiōem p̄ſcriptiōis.xxx.annoꝝ.per quē curſum tollitur officiuꝫ iudicis retro vt in iur.ſ.allegatis.nā res iudicata ſiue actio ꝛ ius ꝯpetens pro re iudicata tollitur ſpatio.xxx.annoꝝ.ita ſcribit bal.in rubrica extra de re iudi. ¶ Et aduertēdum eſt ꝙ licet temp9 interponende appellatiōis a ſententia iudicis no incurrat ignoranti vt aut̄.hodie de ap.ꝛ ibi glo.quā ſequūtur doc.nō ſic eſt in huiuſmōi reductiōe.naꝫ iſtō temp9 reductionis ꝯpetit per moduꝫ actōis ſiue officij ſuccedentis in locū actionis vt dictū eſt.xx.q.que actio ꝛ officiuꝫ durat ſpatio longi temporis.ſ.xxx.annorum vt eſt dictum in hac.q.ſ.proxime que quidem preſcriptio longiſſimi temporis currit ignoranti tex.eſt coniuncta glo.in.l.licet.C.de iure deli.ꝛ tenet bar.in.l.i.§.ſiquis a iure de iti.ac.qꝫ pri.quod etiaꝫ ſecutus fuit ang.in.l.in heredem.ff.de calumni.ergo ſequitur neceſſario quod tempus reductionis currit ꝯdēnato ignorāti ꝛ incipit currere iſtud tēpus quāpmū nata eſt actio ſm glo.d.l.lꝫ qđ eſt quāprimū lata eſt ſententia arbitramentalis ꝛ ſic nō exigit̄ ſciētia ꝯdēnati qđ no.qꝛ nemo tāgit ſꝫ veritas ē vt ſupra dixi p rationes.ſ.allegatas qđ no. ¶ Ex p̄dictis no.infert̄ ꝙ in ipa reductiōe ad arbitriū boni viri nō eſt opus adire arbitratoꝛē ꝛ illā interponere corā illo ſed adiri dꝫ bonus vir q hꝫ cognoſcere de reductiōe ꝛ iniquitate ſentētie arbitramētalis.ꝛ hoc ideo.qꝛ talis reductio interponēdi intētatur actiōe vel officio iudicis ſuccedētis loco actōis q̄ actio ꝛ officiū intētari dꝫ corā eo q hꝫ cognoſcere ſup dicta actōe vel officio.ſꝫ certū eſt ꝙ arbi.nō pōt cognoſcere cū fuerit ſuo functus officio.diuerſū nāqꝫ ē in appellatiōe interponēda qꝛ pmo dꝫ adiri iudex a quo ꝛ ab illo corā illo appellare ſi de illo poteſt haberi copia.ſꝫ ſi iudex a quo n̄ repiat̄ tūc nō currit temp9 interponēde appellationis appellare volenti ſm Bar.in.l.is qui in ſnījs.ff.qn̄ ap.ſit. Tamē ſm euꝫ ꝯſiliū eſt ꝙ hoc cāu interponat̄ appellatio publice corā honeſtis pſonis. Ideꝫ tꝫ Bar.in.c.ſuggeſtuꝫ.de app.ꝛ glo.in cle.in verbo in re.de ap.imo plus ſm.d.glo.hoc caſu qn̄ nō repiret̄ iudex a quo appellari pōt corā iudice ad quem. Et ad hoc vt intelligat̄ nō repiri iudex a quo ſufficiat illū queri in loco vbi ſolit9 eſt ius reddere ſꝫ Bar.in.d.§.ꝙ in ſententijs.ꝛ Bal.in.d.c.ſuggeſtuꝫ. ¶ Talis.n.appellatio que interponit̄ corā iudice a quo nō interponit̄ p modū actiōis nec officij iudicis.ſꝫ eſt ſimplex ꝓteſtō appellatōis. Sꝫ dicta reductō īterpōit̄ actiōeꝫ itendādo vel officiū iudicis iplorādo vt ex ſupioꝛib9 oſtenſū ē. Et hāc meā ꝯſideratiōeꝫ quā a nemine tactā repio expſſe ſenſit ang.tacite in.d.§.ſi fili9 exheredat9.dū dixit ꝙ ſi petat̄ executio ſnīe pōt re9 p modū exceptiōis dictā reductiōeꝫ interponere corā iudice corā quo petit̄ executō. Ecce ergo nō fuit neceſſaria interpoſitio reductiōis nec reclamatiōis corā arbitratoꝛe.cū ſufficiat talē reductiōeꝫ opponere ꝛ iplorare per moduꝫ exceptiōis.nec pōt dici ꝙ arbitratoꝛ exequi nō poſſit.l.cū antea.§.fi.C.de arbi.ꝛ.l.a diuo pio.i p̄n.ff.de re iud. ¶ Sꝫ iuxta p̄miſſa q̄ro.pone ſnīa arbitratoꝛis eſt lata ꝯ reū ꝯuentū q hꝫ annos.xxx.ad dictā ſniaꝫ reducēdā vt ex.ſ.dictis colligi pōt.nōne erit iniquū ꝙ actoꝛ tādiu in litigiū ꝓtrahat̄ ad ſuū ius cōſequēdū.certe vr̄ ꝙ ſic ꝛ tamē etiam videtur ante ſpatiū.xxx.an.actoꝛeꝫ ius ſuum cōſequi non poſſe de iure.quia beneficium a iure indultum nemini eſt auferendum vt in regula iuris.ſed dictuꝫ tēpus reddēdi eſt a iure cōceſſuꝫ ē reo ꝛc.iteꝫ reductio eſt quedā ſpecies appellationis.l.nō diſtinguemus.§.cum quidā.de arbi. Sed pendente tempoꝛe appellationis interponende executio fieri non poteſt vt.l.non ſolum.de ap.li.vj. Igitur nec illa fieri poteſt pendente tēpoꝛe interponende reductiōis. ¶ His n̄ ob.dico reū ꝯuentū n̄ poſſe hāc rē ꝓtelare vſqꝫ ad.xxx.annū vt in aut̄.q ſemel.C.quomō ꝛ qn̄ iu.dic ergo ꝙ tēpus a lege ſtatutū etiā ſine miſterio iudicis poteſt iudex ex cā ꝓbabili minuere. Sꝫ qs dubitat ꝙ attenuatio hui9 termini fit ex cā ꝓbabili ſcilicet vt ſit litiū finis.ꝛ ne lites fiāt immoꝛtales qđ eſt ob publicā vtilitateꝫ.l.ꝓperādū.in prin.C.de iudi. Cū ad officiū iudicis ſpectet minuere lites.l.qdam extimauerunt ff.ſi cer.pe. Nōne videt̄ iniquitas ꝙ vna queſtio debeat durare.xxx.annos certe ſic ꝛ iſta etiam eſt via probabilis. Tamen tenendo ꝙ prius dixi videlicet quod reus nō poſſit opponere pendentia reductionis niſi ipſam reductionem interponat per modum ꝛ viam exceptionis.nō eſt opus iſto remedio. Mihi magis placet prima via tanquā verioꝛ ꝛ prima opi.quā.ſ.poſui quā a nemine reperio tactaꝫ tamen ratio quā adduxi.ſic dici ſuadeat ꝛ ſic de iure fieri debet.ꝛ ita puto in iure dicendum.

## Vigeſimoprimo.

Quero quāto tempoꝛe duret inſtantia cauſe reductiōis ad arbitriū boni viri. Rn̄deo duret tanto tēpoꝛe quāto durat cauſa principalis. Unde de iure cōmuni durabit triennio.ex forma decretoꝛum durabit.lx.diebus vt expreſſe dicit famoſus doc.d. Pau.de regio.de collegio Mediolani in.d.ꝯſilio ſuo qđ incipit. In preſente queſtione in dubium. Hanc ſentētiā tenuit Specu.in ti.de arbi.§.i.ver.quid ſi a tempoꝛe.dum dixit inſtantiaꝫ reductiōis nō regulari ſm inſtantiam cauſe appellatōis.ergo neceſſario ſequitur ꝙ regulatur ſecundum inſtantiam cauſe principalis. Quia in omni cauſa que habet inſtantiā aut eſt princi-

palis.aut appellatõis ſeruaẽ tp̃s qđ ſeruaẽ in cauſis principalib⁹. ⁊ ita etiã cõiter practicaẽ glo.tamen in.l.vnica.C.de ſen.pꝛeto .vbi ꝙ ſi ſupplicet ꝯ ſniam pꝛefec.pꝛetoꝛis ⁊ obtineaẽ ꝑ talem ſupplicatiõem ꝯ talem ſniam vt cognoſcaẽ de cã ꝙ talis ſnia durabit per tantũ tp̃s quãtũ daẽ exercentibus appellatõem ꝑ quã glo.ibi ſigu.dixit Ang.ꝙ vbi per ſtatutũ vel legem daẽ recurſus contra aliquam ſententiã ꝙ talis recurſus regulaẽ ſm inſtantiã cãe appellatõis. Et ſm hanc doctrinã inſtantia reductõis durat tantũ quantũ cã appellatõis quod eſt no.tamen cõiter teneẽ qđ dixi pꝛius ⁊ ita teneas.

**Uigeſimoſecundo.** Quero.an a ſnia lata in cã reductõis ad arbitriũ boni viri poſſit appellari. Inno.in.c.pꝛeſente de reſcrip.fuit in opinione negatiua ꝙ appellari nõ poſſit. Iſtud idẽ voluit Bar.in.l.i.de lega.ij. Tamen ſunt quidã libꝛi qui nõ habent in lec. Barto. iſtam.q.ꝑ ipſum deciſam nec tactã. hanc.q.diſputauit ruſticanus ⁊ determinauit ꝓ hac pte quã ẽt ſequiẽ Io.an.in addi.Spe.in ti.de ap.§.in quibus ver.ꝙ ſi ꝯuenit. Salic.in.§.arbitroꝝ.ff.ꝓ ſo. fuit hanc opi.amplexus ⁊ dicit de facto ſe ꝯſuluiſſe. Bar.vero varie loquutus eſt in hoc articulo.nã in.l.vnica.C.ne li.in vna ea.q; cã ter.pꝛo.tenuit poſſe appellari. Idẽ tenuit ipſe in.c.quo tpe mil.in vſi.feu. Idem in.c.pꝛſentata de teſti.⁊ in.l.i.C.de his que pe.no. Idem Bal.dixit nõ tenere appellatõꝫ interpoſitã a ſnia lata ꝑ bonũ viꝝ in cã reductõis niſi in appellatõe exprimaẽ veritas quantitas ⁊ qualitas leſionis. Et hanc opi.ſeruari vidi in ciuitate Laudenſi. Imol.aũt tenuit indiſtincte poſſe appellari.⁊ ita ꝯſuluit vt appꝫ in ꝯſi.ſuo. Illud reuocaẽ in dubiũ. Hanc ẽt opi.ſecutus ẽ Pe.de merino in ꝯſi.ſuo. Cũ laicus.d.An.de bu.in.c.quotaualis tenuit poſſe appellari. Et ita vidimus varias hincinde opi.ẽẽ in hoc articulo. Quid ergo dicendũ in tanta varietate opinionũ. ¶ Reoꝛ ſi circa hoc dubiũ adſit ſtatutũ loci vel ꝯſuetudo legitime pꝛſcripta ideo cenſeo ſeruandũ.vt.l.ſemp.§.legem.ff.de iure immu.⁊ in.l.de quibus de legi. ¶ His vero nõ ob.teneo pꝛimã opi.negatiuã ꝙ appellari nõ poſſit.⁊ ẽt in iudicando ſequerer ꝓpter hoc.auctoꝛitatẽ.ſ. Imo.Io.an.⁊ Bar.puto ꝓualere que ſentẽtia optima ẽ rõni ſuffulta. Nã bon⁹ vir corã quo ẽ interpoſita reductio eſt in loco arbitratoꝛis ⁊ in eius locũ ſuccedit adeo ꝙ ei⁹ informatio ẽ ad inſtar trãſactõis ſicut arbitramentũ.ita expſſe dicit Bal.in.l.fi.C.de ꝯhen.emp.ꝙ ꝓpter hoc nõ debebat tenere ꝯtrã opi.Bar.l; tamen ſalueẽ moꝛe ſuo ſolito ſꝫ a ſnia arbitratoꝛis nõ põt appellari.iõ nec a ſnia bõi viri cũ ſurrogatũ debeat ſapere naturã ſui ſurrogati.l.eũ qui.§.ꝗ iniuriaꝝ.ff.ſiquis cau. ¶ Et ſi dicaẽ ergo ſi ſuccedit in locũ arbitratoꝛis ſua ſnia potuit reduci ad arbitriũ boni viri ſicut ſnia arbitratoꝛis ꝑ ratõꝫ iã dictã. Rñdeo hoc eſſe nõ põt ꝗ adeſt in hoc differentia. Cuius rei gratia ſciẽdũ eſt ex ſtatutis ſepe ꝓuiſum eſſe de cauſis ꝯpꝛomittendis in arbitratoꝛem ⁊ hoc vt lites dirimenẽ ⁊ tollenẽ. Unde ſi reus poſſet impedire executionem vſqꝫ ad.xxx.annos contra mentem ſtatuentium quod eſſe non debet vt.l.non ſolum.de actio.⁊ obligatio.⁊ in.l.non omnis.ff.ſi cer.pe. ¶ Et eandem ẽt mentẽ hũit ius ciuile qđ introduxit materiã arbitroꝝ ⁊ arbitramentoꝝ vt citius lites terminenẽ vt in toto ti.de arbi.patet intuẽti. ¶ Dico igitur ꝙ vbi actoꝛ petet executionẽ ſnie arbitramenti reus ſi dicat nõ põt fieri executio.ꝗ pendet tempus interponẽdi reductionẽ ⁊ nihil aliud opponat ꝑ hoc nõ impediẽ executio ꝗ nullibi reperiẽ hoc cautũ.imo Ang.in.d.§.ſi filius exheredat⁹ innuit ꝯtrariũ dũ dicit ꝙ poteſt reus ꝑ modũ exceptionis introducere reductionẽ petẽdo ꝓnunciari ſentẽtiã iniquã ⁊c. Nam ſi hoc ſatis fuiſſet ad impediendũ executionẽ ſnie.ſ.dicere ſi pendet tẽpus reductõis interponende vſqꝫ ad.xxx.annos ergo ñ põt fieri executio nõ fuiſſꝫ expediens reo reductionẽ ipſã interponere immo fuiſſꝫ ei male ꝯſultũ. Non ob.ꝙ pendente tpe appellatiõis interponende non fieri executionẽ vt in.c.non ſolum de ap.li.vi.ergo idẽ in reductione hoc nõ pꝛocedit quia non eſt eadẽ ratio nec ſimilitudo in appellatione ⁊ reductione qđ appꝫ.ꝗ appellatio dꝫ interponi infra x.dies ⁊ reductio põt interponi vſqꝫ ad.xxx.annos. Ita ꝙ inſtãtia appellatiõis durat anno ⁊ ex cã biennium nõ ſic in reductione.vt videbimus in.q.ſeq. ¶ Item appellatur coram iudice a quo non ſic reducitur ſententia arbitramentalis coram arbitratoꝛe ⁊ multa alia.inẽ ipſa ñ reperiunẽ diſſimilia. ¶ Ex quibus põt inferri ꝙ magis ẽ dicendũ reductionẽ eſſe diſſimilẽ appellatiõi ꝙ eſſe ſimilẽ.ꝗ vbi maioꝛ repiẽ diſſimilitudo ꝙ ſimilitudo.iſta dicũt diſſimilia ⁊ ꝯtrario.ita ſingulariẽ inquit Bal.in.c.cum ſpeciali.ꝺ ap. In hoc ſolũ repiẽ ſimilitudo inẽ appellatiõẽ ⁊ reductiõẽ ꝗ ſicut appellãs ꝯqueriẽ de iudice ꝙ iudicauit afferẽdo eius ſniã iniquã eo modo facit reducẽs ad arbitriũ boni viri.ꝗ dicit ſentẽtiã arbitratoꝛis iniquã ꝺ eo ꝯquerẽs ⁊ tñ iudiciũ agitaẽ cũ ꝑ e ſic fit in appellatiõe. Nã ꝑ appellatiõẽ retractaẽ ſentẽtia iudicis.ita etiã ꝑ reductiõẽ vt.l.nõ diſtinguemus.§.cũ quidã ꝺ arbi. Nõ.ob.ꝙ beneficiũ a iure indultũ ⁊c. Quia reſpõdeo ꝙ cõſiderãdũ eſt vt dixi in ſuperioꝛib⁹ ꝙ reo ꝯdemnato ꝑ arbitratoꝛẽ duplex ius cõpetit reducendi ſniã.ſ.ius agendi qđ durat ãnis.xxx. Et ius excipiendi qđ eſt ꝑpetuũ. Nã ꝯpetit quotienſcũqꝫ agiẽ ꝯ reũ. Ubi ergo reus vult dicerẽ ſniã iniquã anteꝙ ſit ꝓuocatũ ꝑ actoꝛẽ hoc ſibi l; ꝑ ſpaciũ.xxx.ãnoꝝ ꝗ iſtud ꝯpetit ꝑ modũ agendi. Unde ſi actoꝛ nõ petijt executiõẽ ſententie põt reus vſqꝫ ad.xxx.ãnos illã ſniam reduceẽ ꝑ hãc viã ſcilicꝫ iuẽ actiõis vł officij iudicis. Et ita no.dicit regula in ꝯtrariũ allegata indultũ aũt beneficiũ ⁊c. Aliud ẽ ius qđ cõpetit reo ꝓ dicta reductiõe ſcilicet excipiẽdi.⁊ de hoc loquimur in pꝛſenti. Et iſtud ius ꝯpetit quotiẽſcũqꝫ actoꝛ agit ⁊ petit executionem ſententie arbitramentalis.nã tunc reo cõpetit ius excipiẽdi de reductione ſcilicet dictam reductionẽ incipiẽdo per modum exceptionis dicendo ſentẽtiã iniquã.⁊ petendo illã pꝛonunciari iniquã ⁊ debere reduci ad arbitrium boni viri ſecundum Ang.in.d.§.ſi filius exheredatus.qui dicit pluries ſe hoc obtinuiſſe. Unde ſi dicat reus pendet tempus interponẽdi reductionem vſqꝫ ad.xxx.annos. Reſpondet actoꝛ hoc verũ eſt ſi nõ petijſſẽ ego executionẽ ſentẽtie.quia tu potuiſſes ſtare vſqꝫ ad.xxx.annos ad petitionẽ reductiõis nec ab illa potuiſſem excludi.niſi illo ſpacio tempoꝛis elapſo. Sed cum ego peto executionem dicte ſentẽtie ſi debes poſtea impedire executionẽ opoꝛtet ꝙ tu opponas de reductiõe per modũ exceptionis petẽdo illã reduci ad arbitrium boni viri. Et ſi dicit conuentus ſufficit mihi dicere ⁊ pꝛoteſtari de pendentia tempoꝛis reductiõis appellatiõis ad hoc vt impediatur executio. Reſpõdebiẽ per actoꝛem petentẽ executiõẽ nullibi reperitur ꝙ talis pendentia habet impedire executionem. igitur.⁊c. Et ſi replicet reus de pendentia tempoꝛis interponendi appellatiõem. Reſpondeat vt.ſ.dixi.ꝙ nõ eſt paritas inter appellationem ⁊ reductionem in his que in iure expꝛeſſe reperiuntur vt iam dixi. Et hec eſt mera veritas que tenenda eſt ⁊ in iure ⁊ in pꝛatica. ¶ Siquis tñ pertinaciter velit tenere reũ poſſe impedire executionem actoꝛis ꝓducendo ſniam arbitramentalem ꝓ dicta executiõe ſcilicet hoc ſolũ ꝙ dicat ⁊ opponat reus ⁊ pendet temp⁹ interponendi reductiõẽ vſqꝫ ad.xxx.annos ⁊c. Et ita cludit iudiciũ reus volendo differre vſqꝫ ad.xxx.annos dictã reductiõem.põt tunc alia via ſalubꝛis adhiberi.vꝫ ꝙ actoꝛ inſtet cũ iudice quatenus dictũ tempus.xxx.annoꝝ abbꝛeuiet arbitrio ſuo percipiendo reo quatenus infra certũ temp⁹ interponat reductiõẽ pꝛedictã infra quod ſi nõ interpoſuerit amplius nõ audiaẽ. Nã certe hoc facto ſi per dictũ tempus ſtatutũ reus non interpoſuerit reductionem ampli⁹ ad ipſã interponẽdam nõ audietur. Unde cogetur reus hoc mõ ante finẽ.xxx.annoꝝ reducere dictã ſniã. Et ꝙ iudex poſſet hoc facere.ſ.abbꝛeuiare dictum tempus ex cã ꝓbabili tenuit Bar.in.l.ij.ff.de re iudi. Idẽ tenuit Ang.ibidem arbitratoꝛẽ ⁊ bonũ viꝝ. Compꝛomiſſũ enim fit in arbitratoꝛem tanquã in bonũ viꝝ vt per Bar.in extrauagã.ad repꝛimẽdum.in verbo videbiẽ. Unde cũ fert ſentẽtiam iniquã recurritur ad iudicẽ ac tanquã bonũ virum ⁊ ſic ſurrogatur loco arbitratoꝛis.ꝗ arbitratoꝛ ferendo ſniã iniquã nõ videẽ bonus vir fuiſſe vti electus fuit ꝑ partes.ideo recurſus habet ad bonum viꝝ legalem qui eſt iudex vt.l.vir bonus.iudi.ſol.⁊.l.ꝯtinuus.§.cum ita.de ver.obli. Cũ ergo bonus vir vulgaris.i.iudex quia a lege bonus vir appellatus eſt.⁊ eſt a lege creatus tulit ſententiã ſuam non poterunt partes nec aliqua partium hanc ſententiam reducere ad arbitriũ boni viri.i.ad alium iudicem.quia eundo ad aliũ iudicem tanquã bonũ virum videtur pꝛimus iudex ſperni.⁊ bon⁹ vir denegari.quaſi non bonus vir ſed inimicus ſi ad alium eatur quod fieri ñ poteſt cum enim lex ſtatuerit iudicem bonum virum

eſſe ptes hoc nõ pñt ſtatutũ legis infringere.cũ ptes non poſſint tollere legem ſupioris.c.innotuit.de elec.multominus vna pars cui non placuerit ſententia boni viri.hec rõ ceſſat in arbitratore.q2 ptes iuerant ad arbitratorem tanquã bonũ vir.Sed lex ipſa iam nõ ſtatuit talem arbitratorem bonũ vir eſſe nec illo nomine appellari lʒ ptes ipſe in illũ ꝯpromiſerunt tanquã in bonũ vir. Unde ſicut in illũ ꝯuenerũt tanquã in bonũ vir.nimirũ ſi enormiter leſerit ptes poſſe haberi recurſus ꝯ eius ſententiã cũ nõ tulerit ſententiã vti fuit ꝯpromiſſuʒ.¶ Pro alia opi.affirmatiua facit rõ.q2 eſt bonus vir aditus vt iudex ſm Bar.in.d.§.arbitror. A ſñia aũt iudicis põt appellari iõ z ab iſta ꝑfecto res ẽ dubia pp tot opi.ſʒ puto ꝙ nõ peccaret in ſpũ ſcõ ſi teneat opi.negatiua ſiue affirmatiua.iõ ꝙ electio eſt iudicantis que omnia bene no.

## Uigeſimotertio.

Quero vtr ſi ſñia arbitratoris ẽ redacta ad arbitriũ boni viri q ꝯdemnauerat titiũ in centũ z bonus vir qui cognoſcit õ reductõe ꝯdemnauit in ducenta z ꝯdẽnatus nolit obtemperare ſentẽtie boni viri cadit in penã ꝯpromiſſi. Inno.in.c.quintauallis de iureiur.in glo.magna in ver.quidã dicũt.itẽ ꝙ cadit in penã. Idẽ tʒ Bal.in.l.fi.C.de ꝯhen.emp.q2 iſte bonus vir ẽ ſurrogatus loco arbitratoris.igĩ rc. Bar.tenuit ꝯtrarium in.l.multa.de ꝯdi.inde.q2 a pſona in penalibus nõ eſt recedendũ.Tamen huic reſpondet Bal.illud ꝓcedere niſi arbitrator in quem ꝯpromiſſum erat ſub pena nõ ẽ aliqd arbitratus.nã tunc a pſona illius nõ eſt recedendũ vt ſi ad aliam cañ nõ ꝯmittañ pena.At in caſu noſtro arbitrator eſt arbitratus z bonus vir cenſeñ ille arbitrator z ſic nõ ceſſat l.apud ſempronium iudi.ſol.q2 iudex appellatõis nõ eſt loco pmi iudicis q iudicauit nec illũ repñtat nec ſurrogañ cũ ſit ſupior illo.Sententia.Inno.vera eſt per rationes ſupra allegatas.

## Uigeſimoquarto.

Quero pone ſententia lata eſt per arbitratorem petita reductione confirmata eſt.nunquid victor poterit a victo cõſequi penaʒ.certum eſt ꝙ ſic ſi ſententia arbitratoris fuit iuſta.ſed ipſa ſententia exiſtente iniuſta dubium eſt.z Bar.in.l.tres fratres ff.de pac.hoc caſu tenuit idem.ſ.penam cõmitti cum effectu etiaʒ ſi ſententia reducta fuerit iniqua.¶ Hanc ſententiam tenuit dominus Anto.in.d.c.quintauallis etiam ſi habet iuſtam cauſam illa credendi iniuſtam ſiue illa cauſa ex qua credebat ſententiaʒ iniuſtam ſit nouiter deducta ſiue non z hoc quia ſententia in principali extendit vires ad penam acceſſoriam z quo errore fuit ius in principale facit ius in conſequutiuo ad principale vt.ff.de rei vendica.l.ex diuerſo. Pro quo facit tex.in.c.duo fratres de verbo.obligatio. Ubi pene cõmittunñ ex quo ſententia iniqua ferñ. Tamen Bar.v.deñ contrarium voluiſſe per glo.in.d.l.tres fratres.que tenuit penam committi ſed obſtare exceptiõeʒ doli.¶ Hãc ſñiam glo.vbiqʒ ſequĩ Ange.primo in.d.l.tres fratres dicit iſtã opinionem glo.tenẽdam eſſe in cõſulẽdo.ꝓ qua ſñia videñ caſus in.l.quidam cum filium de verborum obliga. Ubi filius qui egerat querela z ſuccubuit põt agere ad penam ꝓmiſſam.z ſi exheredareñ.tamẽ ibi fuit lata ſñia.¶ Sed ꝯtra hãc ſñiam glo.facit q2 exceptio redarguẽs ſñiam de iniquitate nõ põt oppõi poſt ſñiaʒ.ſed iſta exceptio redargueret ſñiaʒ de iniqtate igĩ exemplũ. Ecce victor petit penã vict9 opponit dicẽs tu nõ potes petere penaʒ.q2 ſñia eſt iniqua z in ꝯpromiſſo ineſt tacita ꝯditio ſi equũ arbitrat9 fuerit vt in.l.ſi libertus aduerſus.ff.de op.lib.z ſcribit Bar.in.l.fi.C.de non nu.pecu. Nonne expſſe dicit ſñiaʒ iniquã q̃uo ergo hec res ꝓcedet. Rñdeo ſingulariter ſm Ange.vbi exceptio redarguẽs ſñiaʒ de iniqtate pncipaliter venit ad reſciſionẽ ſñie late pncipaliter ſed in ꝯſequẽtiã ad reſciſionẽ alicuius effect9 ꝓducti p dictaʒ ſentẽtiã tũc hoc nõ ꝓhibeñ.z ita ẽ in caſu noſtro. Nã ſententia reductiõis pncipaliñ tendit ad ꝯfirmãdũ vel infirmandum ſñiam arbitramẽtalẽ z in ꝯſequẽtiaʒ tendet ad pene ꝯmiſſionẽ.q2 ex firmatiõe ſñie arbitramẽtalis inſurgit effectus ꝯmiſſiõis pene vt in omnib9 euidẽter appet.¶ Quãdo aũt opponiñ ꝯ petenteʒ penã q2 ſñia eſt iniqua z p cõſequens pena nõ põt peti ſoluʒ hoc ẽ ventillandũ an poſſit. In iudicio aũt reductiõis nil eſt agitatũ nec ꝓnunciatum de cõmiſſiõe pene. Hec eſt doctrina Ang.in.d.§.duo fratres immo plus.z hoc eſt ſing.no. Primuʒ vbi qu9s ſuccubuit iniuſte in cauſa reductionis obſtat exceptio petenti penã.ſed etiã ſi vict9 iuſte ſuccubuit ſʒ cũ habet iuſtã cãʒ litigandi nõ incidit in penaʒ effectu ſed obſtat exceptio doli.ita tenet Guid.de ſuʒ.in ſumma ſua in ti.de arbi.ver.ſʒ nũquid. Hanc opi.ſequut9 eſt Io.an.in ti.de arbi.in addi.ſpe.in.§.ſequĩ de quibuſdã ver.item ſi cõpromiſſum eſt tanqʒ in arbitratoreʒ.z hoc etiaʒ ſequĩ Ang.in.d.§.duo fratres quod no.eſt.

## Uigeſimoquinto.

Quero vtrũ ꝯ arbitratoreʒ poſſit oppõi exceptio pſcriptõis.ita ꝙ arbitrator dʒ habere ratiõeʒ pſcriptõis ſicut iudex vel arbitratorẽ debere reicere pſcriptionẽ tãquã nullũ pſtet adminiculũ.z Barto.in extrauagãti ad reprimẽdũ.ver.videbitur tangit hanc.q.vbi queſtio cõmiſſum eſt ſummarie de plano ſine ſtrepitu z figura iudicij quo cãu reducti ſumus ad ius naturale z gentium vt ibi per Bar.in.v.z ſine figura.z tenet ꝙ in his que habet facere iudex nõ teneñ ſequi regulas iuris ciuilis vt eſt inferendo ſentẽtiam ſedendo vel immittendo pemptorium.z ſic de ſi. Sed in his que ſunt facti vt eſt in preſcriptione iam cõpleta iudex teneñ proſequi ius ciuile.z ſic habet attendere preſcriptionem.quia nõ poteſt auferre ius alteri queſitũ per preſcriptionem.Et ita videtur in caſu.q.noſtre vbi ſublata eſt ſolemnitas iuris ciuilis ſicut z in caſu Bar.z Bal.in.c.quintauallis.de iureiurã.vbi dicit vnico verbo arbitratorem nõ poſſe mandare alteri parti ꝙ ſoluat debitum preſcriptum.q2 preſcriptio ſimilis eſt ſoluenti vt.l.ſi pupillus.ff.de admi.tuto.Et ſic concludit Bar.arbitratorem ex hoc habere rationem preſcriptionis.Ang.vero in.l.i.ff.de neg.geſ.dicit arbitratorem debere reicere preſcriptionem tanquã in eũ preſiduũ z vbi debet arbitrari de equitate nõ debet haberi cõſideratio ad ſolẽnitatem a iure ciuili introductam vt dicit Bal.in.l.ſi pro hac.C.mã.z ipſemet Ange.in.l.ſequitur.§.ſi viam de vſca.no.diſtinguit in hoc articulo melius quã alius hoc modo. Aut preſcribẽs eſt in mala fide.z tunc arbitrator debet reicere preſcriptioneʒ.Aut preſcribens eſt in bonafide.z tunc nõ debet reicere.immo debet ſtare preſcriptioni.z hoc eſt ipſa veritas.quia etiam iudex ſecularis nõ debet ſeruare preſcriptionem malafide introductam vt no.Bar.in.l.omnes populi.de iuſti.z iure.z Bal.in.l.ij.C.de ſerui.z aqua.z in.c.fi.extra de reſcrip.z Ange.in.l.i.C.de iudi.in repetitione ſua z canoniſte in.c.ſi diligenti.de preſcrip.z in.c.fi.eo.ti. Si ergo coram iudice nõ opitulatur preſcriptio malafide introducta quanto minus debet prodeſſe talis preſcriptio corã arbitratore qui veritateʒ habet ſequi z ꝯſcientiam a lege informatã.z ita teneo nec puto in hoc melius poſſe dici per notata.

## Uigeſimoſexto.

Quero vtr arbitrator poſſit in ſua ſententia victuʒ in expenſis ꝯdemnare.Et videtur qʒ non.quia de his non fuit cõpromiſſum igitur nihil ſtatuere pot.l.non.diſtinguemus.§.de officio.de arbi. In contrarium eſt veritas.nam poteſt arbitrator in expenſis cõdẽnare ſm Ange.qui ita no.in.l.ſi vacãtia.C.de bo.vac.li.x.in ſua repetitiõe. Idẽ voluit Spe.in ti.de arbi.in.§.ſʒ cuʒ ſentẽtia. Hoc ẽt voluit Inno.in c.ex parte.de arbi.naʒ lʒ nõ fuerit expſſe dictũ de expenſis.tñ poterit arbiter vel arbitrator diſponere de his que incidenñ accidũt in cauſis ꝯpromiſſi inter pſonas ꝯpromittẽtiũ vt no.glo.in.c.pe.extra de in inte.reſti.cuʒ z ideʒ in preſcriptiõe poſſit prefigere arbiñ lʒ nil dictũ ſit vt no. Inno.in.c.cũ dilecta.de arbi.z Spe.in.ti.de arbi.§.fi.ver.ſʒ quid ergo ſi nõ fuerit rc.caſus expſſus in.l.quid tamẽ.§.ſoluti.ff.de arbi. Poteritqʒ arbitrator ferre ſentẽtiã ſub mõ z ꝯditiõe put ſibi videbiñ vt no.Bald.in.l.ſi ſuper.C.de tranſac.Ange.in.l.cum aquiliana.ff.de tranſacti.

## Uigeſimoſeptimo.

Quero vtrum arbiter vel arbitrator poſſit eſſe teſtis. In hoc articulo reperij varios doc.varia ſenſiſſe tã legiſtas qʒ canoniſtas.z plene traditur licet diuerſimode per legiſtas in.l.ne in arbitris.C.de arbi.z in.l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.z per canoniſtas in.c.cum a nobis extra de teſti.z per glo.Anto.z Imo.z per glo.ij.q.vi.c.ſtatuimus.z ibi per Io.cald.z per Innocẽ.in.c.iij.de arbi.z in.c.cum dilecti.de elec.z in.c.cum in noſtra.de procura. Ex quorum omnium dictis z ſimul collectis maxime. Cal.in.d.c.dilecti de electio.z Jaco.but.z Bald.in.d.l.ne in arbi.pro vera z perfecta doctrina.ſic ẽ diſtin-

guẽdum. Aut loquimur vtrum arbiter vel arbitrator poſſit eſſe teſtis durãte cã coram eis q: adhuc ſũt arbitri ſiue arbitratores. ⁊ in hoc omnes ꝯcordãt ꝙ nõ poſſit eſſe teſtis. quia nõ põt duplici officio fungi vt ſit arbiter ⁊ teſtis vt. l. quiſquis. C. de poſtu. Aut arbitrator nõ eſt amplius arbitrator q: finita eſt inſtãtia corã eo. ⁊ tũc deuolui᷑ corã alio. ⁊ tũc aut ꝓduci᷑ vt teſtis ſup negocio pn̄cipali. aut ſup geſtis coram eo. ❡ Primo caſu aut negociũ finitur ꝑ arbitratorẽ ꝑ ſñiam diffinitiuã qui tulit ſñiam ſuam in cã ſibi ꝯmiſſa. ⁊ tũc ſȝ oẽs nõ põt eẽ teſtis. vt. l. eos. §. fi. de ap. ⁊ c. ſtatutum. iiij. q. vij. ⁊ hoc q: ſuſpectus eſt. Preſumit᷑. n. ꝙ velit ſñiam ſuam per ſuum teſtimoniũ defendere. Aut aliter ꝗȝ ꝑ ſñiam diffinitiuã fuit finitum officium arbitri vel arbitratoris. puta q: inſtãtia fuit nulla lata ſñia. ⁊ tũc poterit eſſe teſtis ſup pn̄cipali negotio ſiue lis fuerit ꝯteſtata ſiue nõ. dũtamen teſtes nõ fuerint ante coram eo ꝓducti. vt no. extra de teſti. c. dilecto ⁊ in. c. dilecti. extra ꝺ accu. ſecus ſi ante eius diſpoſitõem fuiſſent teſtes coram eo ꝓducti quia tũc cum de cauſa cognouit nõ eſt amplius idone⁹ teſtis. ſ. ſup ipſo principali negotio ſuper quo alias potuiſſet teſtificari. Ita colligi᷑ ex verbis Jo. cal. in. d. c. ſtatutuȝ. ⁊ ſequi᷑ Jmol. in. c. cum a nobis. de teſti. ⁊ Gloſa. in. d. §. arbitrorum. ❡ Secũdo caſu principali quãdo induci᷑ vt teſtis ſuper actis geſtis ⁊ tũc aut facit hoc vt iudex. ⁊ tũc ei nõ credi᷑. vt. d. l. ne in arbitris in fi. quod intelligi᷑ niſi quatenus oporteat appareat legitimis documentis. vt. c. quoniam ꝯ falſam. de ꝓbatio. Aut hoc facit vt teſti. ⁊ tũc aut de habitis ⁊ geſtis coram ſe ⁊ ei credi᷑. vt. c. cum dilecti. de elec. Ita põt intelligi tex. l. ob cauſam. §. ita ſenatus. ff. de teſti. Aut induci᷑ vt teſtis vt ipſe reddat teſtimoniũ de his que ipſe geſſit. ⁊ tũc nõ poteſt eſſe teſtis niſi ꝯ ſe teſtifica᷑. vt no. glo. in. d. c. ſtatuentiuȝ. Si tamẽ arbitrator vellet teſtificari ſeu interꝑtari coram alio iudice ſuum verbum ambiguum vel obſcurum. ꝓlatum in ſua ſñia ſi eſſent duo arbitri vel arbitratores tũc eis creditur tãquam teſtibus. Uni autem ſoli arbitrio vel arbitratori ſuper hoc nõ credi᷑ nõ tãquam teſtis. quia vox vnius vox nullius eſt. non tãquam arbiter vel arbitrator q: arbiter vel arbitrator ſuam ſñiaȝ interpretari nõ poteſt. vt no. Spe. in ti. de arbi. §. fi. ver. ſed nunquid verbum obſcurum. ⁊ ſolet tradi in. l. ab executore. ff. de app. Si autem ſunt duo verbum ambiguum declarare poterunt per modum teſtium. ita tȝ Bal. in. d. l. ne in arbitris. ⁊ Jmo. in. d. c. cũ a nobis. ⁊ ita intelligit no. Jnno. ⁊ alij qui dixerunt dicto plurium iudicum ſeu arbitrorum credẽdum. ⁊ ita ibi dicit Bal. ſe ꝺ facto ꝯſuluiſſe. ❡ Planum eſt ſi ſunt tres arbitri vel arbitratores. vnus poteſt ſuum teſtimonium ferre coram collegijs ſm̄ Bal. q ita no. in. c. dilecta. extra de teſti. quod no. Unum ſingu. eſt notandum ꝙ vbi litigatores dederũt poteſtateȝ arbitratori vt poſſit ꝓcedere in ſcriptis ⁊ ſine ſcriptis ꝙ tunc indiſtincte arbitrator poterit eſſe teſtis. quia tunc vide᷑ eſſe de mente partium ꝙ ſemper ſtetur dicto arbitratoris. ❡ Iſtud eſt ſingulare dictum Barto. in aũt. niſi breuiores. C. de ſentẽ. ex pericu. reci. quod dictum durum videtur ſm̄ Ange. in. l. fi. eo. titulo. In cauſis magnis tamen placet dictum Ange. ⁊ dictum Jmo. in. c. cuȝ a nobis de teſti. quod dicit Hoſti. eſſe no. ⁊ recte quia ita placuit partib⁹ iccirco ceſſat ratio Ange. in. d. l. fi. ideo ego eſto cum Barto. indiſtincte ⁊ ita eſt tenendum perpetuo.

## Uigeſimooctauo.

Quero vtrꝫ poſſit appellari a ſñia arbitri ſi ꝯuentũ eſt ꝑ partes ꝙ poſſit appellari. Bi. in. l. ex ꝯſenſu. ff. de ap. tenuit ꝙ ſic. Cy. in. l. i. C. de arbi. tenuit cõtrariũ ſed Bal. in. d. l. i. concordat opi. hoc modo. Aut queritur vtrum poſſit appellari quo ad hoc vt currant fatalia ⁊ ſi nõ fuerit proſequutus infra tempora appellationis habeatur ꝓ deſerta ⁊ certuȝ eſt ꝙ non quia cũ arbiter ſit priuata perſona cuȝ nullaȝ habeat iuriſdictionem ñ põt ad eũ trãſferri ad iudicẽ ad quẽ vt. C. de iuriſ. om. iu. l. priuatoꝝ. Aut queritur vtrꝫ appellãdo a tali ſentẽtia appellãs cadat in penã. Et dicenduȝ eſt ꝙ non ꝓpter conuentionem factã de appellando ante interpoſitum ſtatutum.

## Uigeſimonono.

Quero vtrꝫ arbiter poſſit cognoſcere de exceptione ꝯpenſationis. Dic ꝙ ñ. q: ꝯpẽſatio ẽ quedã recõuentio. que recõuentio nõ hȝ locũ corã arbitro vt in. c. cũ dilect⁹. de arbi. Ita dicit Bal. fuiſſe determinatũ ꝑut ipſe teſta᷑. in. c. cũ int ꝺ excep. doli. Ubi tñ ꝯpenſatio opponi᷑ ex eadẽ cã ex qua ẽ cõpromiſſuȝ poterit arbiter cognoſcere. ita affirmat Bald. in. l. i. C. de decurio.

## Trigeſimo.

Quero pone ſtatuto caue᷑ ꝙ lauda mãden᷑ executiõi ſicut ſñia que trãſiuit in rẽ iudicatã an poterit appellari a tali laudo. Dic ꝙ ñ ſȝ Bal. in. l. i. C. de arbi. q: in mẽte ẽ ꝙ laudũ trãſiuit in rẽ iudicatam ꝑ tale ſtatutũ. Si vero ſtatutũ ſimpliciter loquere᷑. vȝ ꝙ lauda arbitroꝝ mãden᷑ executiõi ſicut ſñie. tũc ſic̃ in ſñia ineſt tacita cõditio niſi fuerit appellatuȝ. ita in laudo. qð ꝑ ſtatutũ redactũ ẽ ad inſtar ſñie iudicis. ❡ Sȝ qd ſi tale ſtatutũ loqui᷑ de ſñiis arbitroꝝ. q dic̃ ſñie arbitroꝝ mãden᷑ executiõi ſicut ſñie ꝗ̃ trãſiuerũt in rẽ iudi. Hoc. nihil dicũ ꝺ hoc. ſȝ ergo dico in iſto cãu tales ſñias executioni mãdãdas. nulla obſtãte reductõe ad arbitriũ bõi viri. q: cũ dȝ fieri executio ꝑinde ac ſi eſſent ſñie diffinitiue ꝗ̃ trãſiuerũt in rẽ iudicatã nil poterit obſtare tali executiõi. ſicut nec obſtat tali ſentẽtie que trãſiuit in rẽ iudicatã. ❡ Stãte vero ſtatuto ꝙ arbitratoruȝ lauda manden᷑ executiõi ſicut ſñie. tunc erit tacita cõditio. niſi interpoſita fuerit reductio ad arbitriũ boni viri. ſicut in ſentẽtia inẽ niſi fuerit appellatũ. Appellatio. n. in iudice equipera᷑ reductioni appellatiõis hoc ẽ ꝙ tm̃ opera᷑ reductio in ſentẽtia arbitratoris quantũ appellatio in ſñia iudicis. l. diuerſa ſunt tẽpora ꝓuocationũ ⁊ inſtantiaꝝ ſm̄ indẽnitatem inter ipſas ſentẽtiã eẽ dico quo ad reſciſſioneȝ vt. l. nõ diſtinguem⁹. §. cuȝ quidã. de arbi.

## Trigeſimoprimo.

Quero lata ẽ ſñia per arbitrũ die feriato i honorẽ dei ⁊ ſic ſentẽtia eſt nulla vt dictuȝ fuit ſuo loco. ſi ptes hanc ſentẽtiã ratificẽt an ꝑ ꝯſenſũ partiũ talis ſentẽtia recõualeſcat. Cõformat hãc. q. in iudice. ⁊ ẽt Bal. in. l. cũ antea. C. de arbi. ⁊ ꝯcludũt ꝙ nõ. q: vbi ſentẽtia eſt nulla rõe deficiẽtis ꝯſenſus partiũ recõualeſcit ꝑ ratificatiõeȝ ipſaꝝ partiũ ſecus vbi alia ex cã ſentẽtia eſſet nulla. nã tũc nil opera᷑ ꝯſenſus partiũ ſuperueniẽs poſt ſñiaȝ ⁊ bene dicũt. Et lȝ doc. bene dicũt ꝓ iudice. tñ idẽ eſt in caſu noſtro. q: arbitria ſũt redacta ad inſtar iudicioꝝ. l. i. ff. ꝺ arbi. Ex hoc inferũt ꝑfati doc. ibideȝ ꝙ ſi talis ſentẽtia eſt lata die feriata in honorẽ dei. ⁊ ſic ſñia nulla ſi ẽ interpoſita appellatio que fuit ꝑ lapſũ anni vel biẽnij deſerta nõ tñ ꝯſenſu ꝯfirma᷑. q: ꝯſenſus expreſſus nõ poſſet illã ꝯfirmare multominus ꝯſenſus tacitus qui reſultat ex lapſu inſtãtie nulla ſentẽtia ſequuta. Subiungit ibideȝ bal. vnũ verbũ no. qð eſt dictũ de ſentẽtia lata in ferijs in honorẽ dei idem eſſe in ferijs ob neceſſitatẽ hominũ ptibus vel altera partiũ nõ cõſentiẽte ꝓcedere talibus ferijs. q: ſi poſtea lata ſententia ptes cõſenſerũt in tali ſententia. qð talis cõſenſus nõ valebit nec per hoc poterit ſententia ꝯualidari. qð dicit eſſe no. dignũ. ❡ Tamen dubito de hoc dicto Bal. q: cũ ſentẽtia ſit nulla rõe deficiẽtis ꝯſenſu partiũ vel alterius ptis tm̃. quare ꝑ ipſaꝝ ptiũ ratificatiõeȝ nõ dȝ cõualeſcere ſentẽtia. cũ ſolũ fuit nulla ſentẽtia quia partes non cõſenſerũt ꝙ ꝓcedere᷑ diebus illis. Ergo ſi modo poſt ſentẽtiaȝ ratificant partes proceſſum factũ tali tempore cõualeſcit ipa ſententia per regulã ipſimet Bal. in hac. q. dicenũ ꝙ vbi ſententia eſt nulla ratiõe deficientis cõſenſus poteſt per ſubſequẽteȝ cõſenſum partiũ cõfirmari ⁊ ratificari qð no. ❡ Et ſcias ꝙ ſententia ⁊ laudum nullũ aliter quã per ꝯſenſum deficienteȝ poteſt per pactum ⁊ ſtipulatiõem cõfirmari nõ ꝙ valeat vt ſententia ⁊ vt laudũ ſȝ vt pactum ⁊ ſtipulatio vt per doc. in. l. ij. C. com. vtriuſ. iudi. ideo cautela eſt ꝙ partes promittant pacto expreſſo vel ſtipulatiõe obſeruare laudũ ⁊ ſententiã ⁊c̃. Et ſi reperi᷑ laudũ ratificatum ⁊ nõ apparet de compromiſſo. Uide Pe. de ancha. in cõſilio. cx.

## Trigeſimoſecundo.

Quero vtrꝫ citatio facta coram arbitro interrumpat preſcriptionem. Reſpondeo ꝙ ſic. caſus eſt in. l. cuȝ antea. C. de arbi. §. penul. Secus eſt in arbitratore ſecundũ Bal. in dicta. l. cum antea. quod eſt intelligendum quando citatione facta ꝯpeteret aduerſarius. Si autem ñ ꝯpeteret aduerſari⁹ tũc ꝑ talem citationem nõ irrumpi᷑ preſcriptio. etiam ſi ſit facta talis citatio per iudicem. dictuȝ eſt ſingulare Bal. in. l. i. ff. de in ius vocandi. Nam vbi producitur contra preſentem non eſt opus citatione. valent enim acta in preſentia partis non citate vt no. Bald. in in autentica ſi omnes. C. ſi vt ſe ab here. abſtine. ❡ Quando enim

procedit contra preſentem productio inſtrumẽti, ita interrumpit pſcriptõz ſicut citatio, ita ſingu. tradit Bal. in. d. l. i. ff. de in ius vo.

**Trigeſimotertio** Quero vtruz acta facta coram arbitro faciant fidem corã iudice ⁊ loquor de atteſtatõibus teſtium. Hoc dubium hodie deciſum eſt in. l. fi. C. de teſti. ⁊ in. c. pſente. de teſti. vbi dicit̃ ꝙ ſi teſtes ſunt mortui qui fuerunt pducti corãm arbitro faciunt plenam fidem. Si vero ſunt viui in electõe eſt illius ↄ̃ quem pducti ſunt vel ſtare illis atteſtationibus cum poteſtate poſſendi opponere ↄ̃ pſonas ⁊ eorum dicta. Si vero aliqui viuunt aliqui mortui fuit quoad mortuos plena fides adhibet̃ quoad viuos ſeruãdum eſt illud idem quod ſeruat̃ quãdo omnes ſunt viui. ſ. qꝛ eſt in electione illius ↄ̃ quem pducti ſunt vt dictum eſt. ſ. ⁊ hoc caſu teſtes qui iam fuerunt pducti coram arbitro ſi non pducũtur coram iudice nõ poterunt dicere amplius in cã coram tali arbitro ſm Bal. in. d. l. fi. l3 Bal. ibi dixerit ↄ̃riuz ⁊ male quia ſi hoc poſſent tales teſtes dicere dicendo ego dico prout dixi alias coram tali arbitro illa. l. fina. C. de teſtibus ſeruiret nobis de vento. quia illa electio que illi tribuitur per illam legem eſſet de nihilo. quia ſi teſtes dicerent dico put alias dixi coram tali arbitro perinde eet ac ſi nulla data actio. ⁊ ſic ſemper ſtaretur indiſtincte atteſtationibus factis coram arbitro. ℭ Fateor ſm Bal. in. d. l. fi. ꝙ ſi teſtes petunt terminum ad deliberãdum qꝛ volũt videre illud quod alias diſpoſuerunt, danda eſt huiuſmodi dilatio ne det̃ occaſio cõtrarietatem inducendi. Tales etiam teſtes repetiti coram iudice debent de nouo iurare. qꝛ ex varietate temporis mutant̃ ↄditões. vt no. in. l. iij. §. due cauſe. ff. de carbo. edic. ſm Bal. in. d. l. fi. ſecus eſt quãdo teſtes repetunt̃ vt declarent dictum ſuum. qꝛ tunc nõ iurãt vt ibi ſcribit Bal. cum qui declarat nihil de nouo dicit. vt no. in. l. heredes palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſta. Et predicta non habent locum in arbitratore. Nam teſtes recepti coram arbitratore non faciunt fidem coram iudice ſm Inno. in. c. quintauallis. de iureiurando. quod etiam expreſſe firmat in. d. l. fi. Nicolaus de mat. Iaco. ⁊ Bal. ⁊ eſt ratio quia cum coram arbitratore non ſit iudicium tales teſtes non dicuntur recepti ex forma iudicij. ⁊ perinde eſt ac ſi fuiſſent recepti coram honeſtis perſonis carentibus iuriſditione. quo cãu tales teſtes nullam faciunt fidez vt no. in. l. iij. §. ſabino. de teſtibus. Que omnia limitãtur tã in arbitrio q̃z in arbitratore niſi aliud ſit conuentum per partes. Nam conuentio partium facere poteſt ꝙ detur fides atteſtationibus ⁊ ꝙ nulla detur fides coram iudice. vt eſt tex. in. d. l. fi. in principio. ℭ Ex hoc inoleuit practica que põitur in compromiſſis firmis manentibus actis coram tali factis. ℭ Poſſunt enim partes per conuentionem dare fidez actis ⁊ non dare fidem. immo idez eſt ſm eum in atteſtationibus factis coram iudice. quod eſt notabile. ℭ Sed quid de confeſſione facta coram arbitro an faciat fidem corã iudice. Specu. in titulo de confeſſis. §. dicenduz. verſiculo quid de confeſſis tenet ꝙ ſic. ℭ Pro quo eſt cãus in. l. paulus. §. fi. C. de arbitris. quod intelligunt Io. an. in additio. ⁊ Pe. ⁊ Ci. in. d. l. penulti. ⁊ etiã do. Anto. in. d. c. pſentata de teſti. eſſe verum vt talis confeſſio valeat poſtea corã iudice tãquã extraiudiciãs. Lz pter tãtorum doc. auctoritatẽ ab eorum ſentẽtia nõ eſſet recedẽdũ tamẽ mihi videt̃ ꝙ talis ↄfeſſio faciat fidẽ tanq̃ iudicialis pter tex. in. d. l. penul. que nõ facit differetiã inter acta ⁊ ↄfeſſionez. Tñ quo ad ppoſitũ parũ ẽ effect⁹ ↄſtituere differentiã vtrũ ſit iudicialis confeſſio vel extraiudicialis qꝛ vtrobiqz pbat pñte aduerſario emanata ⁊ neutro caſu valet abſente parte emanata vt notatur in. l. certum. §. ſed ante ipſos de cõfeſſis. ⁊ in. l. fi. §. i. ↄ̃ interro. actio. ℭ Cetera antẽ acta litis ordinatorie vti ẽ libelli datio ⁊ litis ↄteſtatõ pempta inſtãtia perũt adeo ꝙ ñ faciũt fidẽ corã iudice niſi quo ad effect⁹ iã ↄfirmatos pſcriptos p talia acta vt eſt iterruptio pſcriptiõis cauſata p citatiõez factã corã arbitro q̃ durat ⁊ fidẽ facit talis citatio quo adhũc effectũ interruptionis ẽt corã iudice vt notat̃ in dicta lege penul. Et dictũ fuit ſuo loco. Hoc firmat expſſe Bal. in. d. l. cũ antea. ad finẽ ſui apparatus. C. de arbi. ℭ Sed quid in actis factis corã iudice. an faciant fidez corã arbitro. Cõcludũt omnes doctores in. d. l. fi. ꝙ ſic ⁊ recte. Circa tamen dicta teſtiũ cõſtituunt doctores differẽtiam vtrum fuerunt publicata. ⁊ tunc non faciant fidem coram arbitro nec coram alio tribunali. ⁊ glo. eſt que reputatur ſingularis in. l. iij. ff. que in fraudem credito. ⁊ ibi tenet Barto. quod etiam in dicta l. fi. C. de teſtibus. Iaco. de are. Bal. Ia. bu. quod eſt menti tenẽdum. Hanc etiam ſententiam poſuit Ci. in. l. properandum. C. de iudi. ⁊ ibi etiam firmat Bal.

**Tirgeſimoquarto.** Quero vtrũ arbitrator poſſit recuſari tãquã ſuſpectus. De arbitro ñ ẽ dubiũ ꝙ recuſari põt ex cã ſuparueniẽte. Caſus ẽ in. l. ñ diſtinguem⁹. §. cũ qdã. de arbitris. In arbitratore tenuit ↄ̃riũ Guil. de cuneo. in. l. epiſtola. C. de epiſ. ⁊ cleri. ꝙ recuſari ñ põt tãquã ſuſpect⁹ qõ ẽ ppetuo mẽti tenẽdũ. Et põt eſſe ratio differẽtie int̃ arbitrũ ⁊ arbitratorẽ hoc cãu. qꝛ a ſentẽtia arbitri nõ põt appellari nec querelari. Unde nimis ledit̃ qui hz ſuſpectũ ſi illũ non poſſet recuſare ſuparueniente noua cauſa. ſecus ſi illa cauſa fuiſſet tempore electionis quia habet eligens ꝙ ſibi imputet vt no. in. l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infec. ⁊ in. l. fi. C. de ſponſa. ⁊ in. l. ſi is a quo. ff. vt in poſſeſ. ℭ In arbitratore vero ſi male fuerit arbitratus poterit eius ſententia reduci ad arbitrium boni viri vt. l. ſocietatem. §. arbitrorũ. pro ſo. Preterea arbitrator nõ eſt ad inſtar iudicis ſicut arbiter. immo arbitrator ⁊ eius arbitramentũ magis aſſimulatur cõtractui quã iudicio. ⁊ eſt quodãmodo quidam executor qui habet exequi qõ cõmiſerunt ſibi partes. Unde ſicut merus executor nõ poteſt recuſari tanquã ſuſpectus vt. c. nouit de ap. ita eſt etiaz in arbitratore qui eſt merus executor. nam ſic ab executore mero nõ apepllatur niſi modũ excedat inferendo enormez leſionem vt dictũ eſt. ſ. in pluribus locis qõ eſt no. ⁊ menti tenendum. Sed Imo. ⁊ Abb. in. d. c. quintauallis. tenet idem in arbitratore vt ſic poſſit recuſari cum ſit eadem ratio nõ ob. ꝙ nõ recedatur ab eius perſona. l. fi. C. de cõtrah. emp. quia id debet intelligi niſi interueniat noua cauſa ſuſpitionis. ar. l. nõ diſtinguemus. §. cũ quidam. de arbi. c. inſinuante de offi. dele. l. de etate. §. ex cauſa. de inter. ac. Preterea eodẽ modo a perſona nõ arbitri recedit̃. l. in compromiſſis. ff. de arbi. immo vno deficiente expirat compromiſſum aliorũ. ſ. de offi. dele. c. vno delegatorũ. ⁊ tamen poteſt recuſari. vt. d. §. cum quidam ergo idem in arbitratore. Non ob. qõ ideo arbiter poteſt recuſari pro eo quia eius ſententie ſiue eque ſiue inique ſtatur vt. l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbi. nõ ſic in arbitratore cum nõ deficiat remedium petendi reductionẽ vt. l. vnde ⁊ ſi nerua. ff. pro ſo. Sed certe in iudice nõ deficit remedium appellandi. ⁊ tamen poteſt ex cauſa recuſari. hinc eſt ꝙ ex noua cauſa poſſum recuſare iudicem quem elegi ⁊ acceptaui vt. d. c. inſinuante. per glo. no. in verbo recuſet. ⁊. c. ſtatutum. §. cum. aũt. de reſcrip. li. vi. ergo idem in arbitratore licet electo a partibus.

**Trigeſimoquinto.** Dicit̃ ꝙ arbitraria ſũt redacta ad inſtar iudiciorũ an ſit verũ indiſticte. Dic ꝙ dñt in trib⁹. ſ. in pncipio medio ⁊ fine. Differũt in pncipio. qꝛ iudiciũ reddit̃ i inuitũ ſz ↄpromiſſuz nõ reddit̃ in inuitũ niſi in caſu quo ſtatutũ cogit facere ↄpromiſſuz alias nemo cogit̃ facere ↄpromiſſum. l. iij. §. tam ⁊ ſi. ff. de arbit. ℭ Itez differũt in pceſſu. qꝛ coraz iudice ↄ̃bit̃ hermodiciũ ſz nõ coraz arbitro vt. l. ij. C. de arbi. Hermodiciũ dicitur ↄ̃bi vbi iudiciuz poteſt exerceri ⁊ ferri ſñia altera parte abſente vt. d. l. ij. ⁊. l. diẽ §. ſi plures. de arbi. ℭ Item differunt in fine quia ex ſententia iudicis oritur actio. ſed ex ſententia arbitri non niſi in tribus per. l. C. Primus quando eſt iuratum cum ſcriptura. Secundus eſt quando eſt expreſſe emologatuz. Tertius quãdo eſt tacite emologatum. taciturnitate. x. dierum ⁊ cõpromiſſuz fuerit ſine pena. l. ne in arbitris. C. de arbi. Sed quod dictũ eſt ↄ̃ iuramento ẽ correctum per aũt. decernimus. C. de arbi. nam de iure aũt. ex tali iuramento nõ augetur effectus nec propterea oritur actio ex laudo arbitri. ℭ In arbitratoribus autem nulla eſt ſimilitudo. In alio etiam differunt quia vbi coram iudice mota eſt lis in cauſa euictionis ⁊ per iudicez lata eſt ſententia contra venditorem qui denunciauerat cauſaz vẽditori. licet ipſe emptor habeat ↄtra emptorem regreſſuz de euictiõe vt. ff. ⁊. C. de euict. Tamen vbi emptor ſine conſenſu venditoris cõmiſit cauſam arbitro vel arbitratori que ſibi mota eſt ſuccubuit non habet regreſſum de euictione cõtra venditorem etiam ſi denunciauerit talem cauſam vendito-

ri.l.ſi dictum.§.i.de euic.qđ eſt intelligendū vt nō poſſit agere de dupla ꝯ venditoꝛē.ita ꝫ glo.in.l.ſi dictū.§.ſi compromiſſo.ff.de euic.Idē ꝫ ibi Ang.ſingu.no.illā gl.Idē ꝫ Bal.in.l.libera.C.ď ſen.⁊ inť.o.iudicioꝝ hoc eām ad hoc vt poſſit ēptoꝛ agere ď euictiōe ipꝫ dēre ꝓbare ꝙ vēditoꝛ ñ vēdidit ei bonū ius qđ ē ſin.no.

## Trigeſimoſexto

Quero vtꝝ arbiť faciat liteꝫ ſuā ſi male iudicauerit.dic ꝙ ſic ſicut iudex.l.fi.ff.de vari.⁊ extraoꝛ.cog.caſus ē in.l.pe.C.ď pactis.Arbitratoꝛ vero teneť de dolo ⁊ lata culpa ſm Bar.in.d.l.fi.⁊ ſentit ēt Bal.in.d.l.pe.dū alle.l.i.ſi mēſ.fal.mo.dix.⁊ glo.ē in l.fi.C.de ꝯhen.emp.qđ ēt ꝫ Ang.in.l.filiuſfamilias.ff.de iudici.Hoc intellige qđ in ſubſidiū dať actio ꝯ arbitratoꝛē.

## Trigeſimoſeptimo.

Quero vtꝝ arbiť poſſit punire teſtē q falſuꝫ depoſuit coram eo.Reſpōdeo ꝙ nō q2 nullā hꝫ iuriſdictiōeꝫ nec imperiū puniendi talē teſtē ⁊ q2 ſibi nil eſt ꝯmiſſum ab illo teſte ď cognoſcendo de aliquo delicto quare excedere nō pōt arbitrium ſibi ꝯmiſſum.vt.l.nō diſtinguemus.§.de officio.ff.de arbi.⁊.l.ſi cum dies.eo.ti.Ita expreſſe determinat hanc.q.Ang.in.l.ſi vacātia.C.de bonis vacantibus li.x.

## Trigeſimooctauo

Quero ſi ſñia arbitratoꝛis ē redacta ad arbitriuꝫ boni viri an poſſit bonus vir qui cognoſcit de cauſa reductionis ꝓnunciare ſñiam arbitratoꝛis nullam ſi arbitratoꝛ non valide ꝓnunciauit vt q2 ꝓnunciauit de re que non erat in compromiſſo deducta ⁊ ſic de ſimilibus.Reſpondeo ꝙ ſic ſm Archidi.in.q.vi.⁊ Bal.in titulo quo tempoꝛe mil.inueſti.in vſi.feudo.⁊ ꝑ eundeꝫ in.c.dilecto.extra de appellatio.⁊ fuit ratio dubitandi in hac nullitate vt inquit Bal.in.l.arbitroꝛum.C.de arbi.⁊ ſic videbať de nullitate cognoſci nō poſſe.⁊ tamen ꝯꝛium determinant doctoꝛes preallegati.¶ Et poteſt aſſignari talis ratio q2 reductio habet inſtar appellationis.vt.l.non diſtinguemus.§.cum quidaꝫ de arbitris.¶ Sed appellatio ita deuoluit nullitatem ad ſuperioꝛē ſicut iniquitatem.vt.l.quedam mulier.ff.fami.herciſcū.⁊ in.l.carmelia pia.de iure patrona.ergo idem eſt in reductiōe.Simile videmus q2 ſicut pendente appellatōe nō pōt fieri executio.vt in toto titulo nil no.appella.pen.⁊ in.c.non ſubeſt de appel.li.vi.ita pēdente reductōe interpoſita a laudo arbitratoꝛis nō pōt fieri executio dicte ſententie arbitramentalis.hoc expreſſe firmat Bal.in l.tale pactum.§.qui ꝓuocauit.ff.de pac.in ſua repetitiōe in pen.q. Quod ergo diciť iudicium reductōis eſſe iudicium iniquitatis nō autem nullitatis ſm qđ ſupra in appellatōe diciť.vt in iuribus ſupra allegatis.¶ Et vide Alexan.de imo.in apoſtillis in.l.ſi ſocietatem.§.arbitroꝛum.ff.ꝓ ſocio.allegātem Bal.qui ꝫ iudiceꝫ reductōis poſſe laudum nullum ꝓnunciare.

## Trigeſimonono.

Quero vtrum arbiter poſſit petere ſpoꝛtulas ſeu ſalariuꝫ.Reſpondeo ſm Specu.ꝙ ſic.⁊ ita ꝫ ipſe in ti.de arbi.§.i.ver.ſed nunquid arbiter poſſit a partibus.pro quo eſt caſus in.l.quotiens C.de priuile.ſcola.libro.xij.Ideꝫ puto in arbitratoꝛe vt videtur caſus bonus in.l.iiij.§.ſed ſi meſſoꝛ.ff.fi.regun.per quem.§.determinat bal.in.l.ij.C.de ſen.ex pi.recitā.ꝙ ſi arbiter vel arbitratoꝛ ē vnus ideota ⁊ dubitat de modo ſentētiandi pōt a partibus petere vnum cōſultoꝛeꝫ ꝯfidenteꝫ ꝙ ſecundū eius ꝯſiliuꝫ habeat ꝓnunciare ⁊ cōpellere partes ad ſalariū exburſandum pro ſalario dicti conſultoꝛis qđ no.q2 quotidie eſt in pratica.

## quadrageſimo.

Quero pone arbiť elegit cōſiliuꝫ ſapiētis de cōſenſu partiuꝫ ſm qđ hꝫ arbitrari pñtatio ei cōſilio clauſo ⁊ ſigillato dixit in eius ſñia pronūcio in oibus ⁊ per omnia ꝓut in ꝯſilio contineť qđ ꝯſiliuꝫ nō fuit aperťū ꝑ eū ſꝫ ſtatim tali ſñia lata tradidit ꝯſiliū partibus ad apperiēdū vel alteri parti an talis ſñia valeat Reſpondeo ꝙ q2 arbiter hꝫ pronūciare moꝛe iudicis cū arbitria ſint redacta ad inſtar iudicioꝝ ſꝫ iudex eodē modo nō pōt ꝓnunciare vt l.i.C.de ſen.ex pic.reci.cū glo.igiť nec talis arbiter ꝓnunciabit.⁊ ita determinat Bal.in.d.l.i.dicēs aliter foꝛe in arbitratoꝛe qui ſi ꝓnunciat ſub dicta foꝛma.ſñia ſua valet ꝫ qđ veriſſimuꝫ credo q2 arbitratoꝛ nō habet ſeruare aliquas ſolēnitates ſed habet meram veritateꝫ cōſiderare vt.§.arbitroꝝ in penultimo nota.

## quadrageſimoprimo.

Quero Ticius ꝯdēnatus eſt per arbitriū ad reſtituēdū fundū qui Ticius fundū reſtituit.ſꝫ poſtea eūdē fundū abſtulit vtrū cadat in penā ꝯpromiſſi.Si eniꝫ in ſñia dictū fuiſſet ꝙ Ticius dēret fundū reſtituere ⁊ reſtitutū penes eū tūc dimittere.certū eſt eū cadere in penā.q2 duo ſunt ꝑcepta ſcilicꝫ vnū ď reſtituēdo ⁊ illud ē adimpletū aliud ď demittēdo eū penes victoꝛē ⁊ iſtud ñ eſt impletū.igiť cadit in penā ar.l.celſus.ff.de arbi.Stat ergo queſtio vbi ſolū dictū eſſet ꝙ Ticius deberet reſtituere fundū vel aliā rē.⁊ ſpe.in ti.de arbi.§.i.ver.ſꝫ pone arbiť cōdēnat dicit eū cadere in penā ſi reſtituit animo poſtea accipiendi aliť nō cadit in penā ſꝫ agēdū eſt iudicio oꝛdinario.Bar.in.l.ſed ſi poſſeſſoꝛi.in pꝛin.ff.ď iureiur.indiſtincte tenuit.vbi talis ſentētia eſt lata ꝑ iudicē poſſe adhuc peti ſñie executio quaſi adhuc ñ fuerit ꝑfecte facta executio ar.l.inť caſtellianū.ff.ď arbi.⁊ ꝑ tex.in.d.l.⁊ ſi poſſeſſoꝛi.in pꝛinc.¶ Cōtrariā ſentētiā tenuit Ci.in.d.l.debitoꝛi.C.de pac.ꝑ glo in.l.ſi cuꝫ fundū.ff.de cōtr.hen.emp.ang.vero in.d.l.ſed ⁊ ſi poſſeſſoꝛi.in pꝛinc.cōcoꝛ.opi.hoc modo.Aut ſententia cepit perfecte executionē per actum momētaneum.vt eſt reſtō.⁊ tūc vera eſt opi.Ci.per glo.in.d.l.ſi cum fundum.ff.de cōtrah.emp.Ubi vero nō recipit ſententiā ꝑfecte ꝑ actum momentaneum ſed requirit actum ſucceſſiuum.⁊ tūc vera eſt opi.Bar.per.l.inter caſtellianum.§.allegatam.quā.l.ipſemet Bar.expreſſe intelligit in.d.l.inter caſtellianū.Et hec diſtin.Ange.eſt no.⁊ menti tenenda.¶ Ex qua deciſione libet inferre ad noſtre.q.determinationem.quia ſicut ſententia recepit perfectaꝫ executionē per actum momentaneum.licet poſtea auferatur res per victum victoꝛi.nō cadit in penam vt.eſt exemplum in.caſu.q.noſtre.Nam ꝯdemnatus ad reſtitutionem fundi reſtitutio facta perfecte ſententia eſt executiōi mādata.q2 reſtitutio eſt act⁹ mōmētane⁹.Sꝫ vbi talis ſentētia ad ſuā perfectionē requirit actū ſucceſſiuū tunc caderet in penam.Exemplum ſi iudex mandauit Ticio ad ponendum fines predij certo loco.nam ad ſui perfectionem requiritur ꝙ perſeuerent dicti cōfines.ideo ſi tollanť dicti confines.nō dicitur ſententia executiōi mandari.⁊ per cōſequens cadit victus in penam.ita eſt caſus in.d.l.inter caſtellianum.Ubi vero lata eſſet ſententia in qua eſſet cōdemnatus Ticius ad reſtitutiōeꝫ fundi.⁊ illo reſtituto iterato Ticius turbaret in poſſre illius fundi victoꝛem nō caderet in penam ſed eſſet agendum interdicto vti poſſidetis quia fundum reſtituens.a ſentētia liberatus fuit victus ſecūdum glo.in.l.papinianus.§.ſed hic.ff.de procura.⁊ tenet etiam Ang.in.l.qui reſtituere.de rei ven.per hanc.q.foꝛmā in ſñia iudicis dicens liberatū eſſe victoꝛeꝫ ꝑ ſolā traditiōeꝫ ñ obſtat ꝙ poſtea turbet.q2 ſi liberat⁹ eſt nō potuit cadere in penā quaſi ꝯuenitā ſentētia.¶ Sꝫ qd ſi Tici⁹ fuit cōdēnat⁹ ad locādū Seio domū ſub pena mile.q Tici⁹ locauit dictā domū ⁊ in inſtro locatiōis ē appoſita pena cētuꝫ de obſeruādo locatiōeꝫ.q Tici⁹ ſtatiꝫ venit ꝯ locationē.an incidat in penā dictoꝝ mille in cōpromiſſo cōtēta vel in dicta centū in locatiōe cōtenta.Bar.in l.in numerationibus de ſolu.⁊ in.l.ſi fideiuſſoꝛ.de leg.i.ꝫ ꝙ incident in penā centum in inſtro locatiōis cōtentaꝫ.

## quadrageſimoſecundo.

Quero vtruꝫ teſtes producti coram arbitro faciant plenam fidem ſi reddant malam rationem Hic ꝙ non quia arbitratoꝛ tanqꝫ bonus vir procedere debet ex diſceptione non tanqꝫ homo temerarius.tamen ſi reddat rationē non omnino neceſſariam ſed perſuaſiuam ex arbitrio ſibi attributo.poſſet talibus teſtibus adherē ſm Bal.in ſolam.C.de teſtib.in vlti.q.Non tamen talibus teſtib⁹ adherere poſſet ſi dictis ſuis nullam reddit rationem ⁊ cauſam ſecundum ipſum Bal.Quod eſt intelligendū quādo interrogati ſunt teſtes de cauſa nullā reddant cauſam alias bene faciunt fidem ſicut etiam coraꝫ iudice vt no.in.d.l.ſolam.⁊ hoc in his que per ſenſuꝫ coꝛpis cadunt in ſenſum teſtis puto nō debere credere talib⁹ teſtib⁹ etiā corā arbitratoꝛe cū arbitratoꝛ procedit tanqꝫ bonus vir vt in.§.arbitroꝛuꝫ.ff.pro ſo.qui bonus vir nō haberet credere teſtibus de hiſque non cadunt in notitiaꝫ teſtis vt eſt in his vt dominiuꝫ.⁊ ſic de ſimili.cum pro hoc dicatur arbitratoꝛ habere informationem.Sꝫ quid ſi coram arbitratoꝛe depoſuit vnus ſolus teſtis qui concludit per

fecke ⁊ ꝯcludenter nōne pōt deferri iuramentū in ſupplementū ꝓ-
batōis.an poterit ſm informatōem habitā ꝑ ſolū illū teſtē iudica
re.reſpōdeo ꝙ nō.q: arbitrator hꝫ cognoſcere de iure ⁊ de facto,
que verba importãt vt ſit ſolutus ab oī ſolēnitate introducta a
iure ciuili.⁊ remanet in meris terminis iuriſgentiū.ita tꝫ Bar.in
extrauagan.ad repri.in ver.ſine figura iudicij.⁊.l.i.ff.de ferijs.⁊
l.ſi minor.ff.de euic.⁊.l.ſi is.C.de preꝯmino. ¶ Nō iure cautū
ē ꝙ lꝫ ſit ſublata omnis ſolēnitas iuris ciuilis ꝙ remanẽmus in me
ris terminis iuriſgentiū tamē requirūt ꝓbatōes neceſſarie.Tex.
eſt in cle.ſepe de ver.ſigni.⁊ ꝓbat̃ q: ad minus ſunt duo teſtes cū
in ore duoꝝ vel triū ꝯſiſtat oē verbū.vt in.c.in omni.extra de te-
ſti.⁊ in.c.cum oīs extra de teſta.⁊ ꝙ in dicta clauſula eſſet ſublata
omnis ſolemnitas iuris ciuilis remanentibus meris finibus iu-
riſgentium.ita ſcribit Bar.in.d.ver.ſine figura iudicij.⁊ eſt ad ſi
militudinē iudicis qui quoniā ſimilem hꝫ ptātem.l.nec quicquam
§.de plano.de offi.ꝓcon.vt ꝯcludit Bar.in.l.ſi ſocietatem.§.ar
bitrorum.ff.ꝓ ſocio. ¶ Cōcludo itaqꝫ arbitratorē nō poſſe iu-
dicare ꝑ informatōes habitas ꝑ vnū ſolū teſtē lꝫ ꝯcludent̃ depo-
nētē qḋ tene mēti q: nemo tãgit tñ qḋ dixi verꝫ ē ꝑ ratiōes.s̃.alle.

## quadrageſimotertio

¶ Quero vtrum in ſententia arbitri vel arbitratoris requirat̃ ꝑemptoriū. Reſpōdeo vbi in ꝯpromiſ-
ſo eſt appoſitus certus terminus infra quem debeat finiri cōpro-
miſſum nō requirit̃ aliqua citatio ad ſniam audiendū ſi ferat̃ vlti
ma die termini.q: terminus ille videt̃ ſtatutus ꝑemptorie ſecūdū
Bar.in.l.ſi de meis.§.fi.de arbi.⁊ ibi ꝑ Bal.alias requirit̃ cita-
tio ꝑemptoria in arbitro qui arbiter ē reductus ad inſtar iudicis.
vt.l.ſi de meis.§.recepiſſe.de arbi.In arbitratore vero nō requi
rit̃ ꝑemptoriū ſed vnica citatio. vt in cle.ſepe.de ver.ſigni.Vide
Bal.in aūt.ei qui.C.de tempo.appel.

## quadrageſimoquarto.

¶ Quero poſito ꝙ compromiſ-
ſum eſt factum in duos arbitratores vnū laicū aliū clericū ſnia re
ducit̃ ad arbitriū boni viri caſuquo reductio fieri debeat corā ſu-
periore arbitratoris ꝙ qñ ſit diximus in ſupioribus an ſupior cle
rici erit bonus vir qui hēat cognoſcere de reductōe.dic ꝙ ſic ga
nobilior eſt.ita ſingu.inqt Bal.in.l.ꝑcipimus.C.de appel.⁊ hoc
ꝑ tex.ibi poſitū.quod no.

## quadrageſimoquinto.

Quero vtrum iudex poſſit co-
gere partes ad faciendum compromiſſum. Reſpondeo ꝙ non
ſm glo.ordinariam in.l.furti.§.iuſſu.ff.de his qui no.infa quod ē
verum regulariter. Fallit primo vbi ꝑ lites res publica inquieta-
ret.tūc iudex poteſt ꝯpellere partes ad faciendum ꝯpromiſſuꝫ vt
aūt.de man.princi.§.eos aūt.⁊ hoc expreſſe voluit Ange.in.d.§.
qui iuſſu.Secūdo fallit ſecūdū dominū Anto.⁊ Jmo.vbi ſubeſt
legitima cauſa puta ſm eos ſi partes longo tempore litigauerūt.
¶ Nam tunc poterit iudex cogere partes ad compromiſſum
faciendum quod eſt intelligendum ēt de iure ⁊ de facto.q: ſi face
rent ꝯpromiſſum ſolum de iure parꝝ ꝓdeſſet cum arbiter ita ſeq-
tur rigorem iudiciorum ſicut iudex.vt.l.ſi de meis.§.recepiſſe.de
arbi.hoc tradūt ꝑſati doc.in.c.vnico de mut.peti. Licet autēꝫ iu-
dex nō poſſit ad ꝯpromiſſuꝫ coartare partes tñ coartare pōt ad
penā vt dixit expſſe glo.in.d.§.qui iuſſu. In dubio tñ illud relin-
quitur ꝙ vbi ſtatutū diſponit debere fieri cōpromiſſuꝫ vt ſi fuerit
qḋ inter affines tūc ꝯpromiſſuꝫ fieri debebit altera parte petente.
Sꝫ ſi neutra pars petit ꝯpromiſſuꝫ hoc fieri dicit ꝙ lꝫ ſtatutū hoc
diſponat nō poterit iudex ptes ꝯpellere ad hoc.q: iudex nō debet
impartiri offm̃ ſuuꝫ niſi petētibus.l.iiij.§.hoc aūt.ḋ dan.infe.Jſtō
idē ꝙ debeat fieri compromiſſuꝫ eſt quedā exceptio declinatoria
vt no.Bar.in.l.procurator ad exhiben.ff.rem ra.ha.que excep-
tio debet opponi per parteꝫ nō aūt per iudicē vt no.in.l.i.§.parui
qḋ vi aut clā.Et no.ꝙ ſi iudex videt alterā pteꝫ litigantiuꝫ foue-
re iuſticiā facit ꝯ̃ cōſcientiaꝫ nō mō cogēdo ſed ꝑſuadendo face-
re ꝯpromiſſuꝫ.Anto.de bu.in.c.i.de depoſito.

## quadrageſimoſexto.

Quero vtꝝ confeſſio facta corā arbitro habe
at infamare ꝯfitenteꝫ ſicut ſi eſſet emanata coraꝫ iudice.puta quia
eſt emanata ſup aliquo delicto infamiaꝫ irrogante. Rñdeo ꝙ ſi
glo.eſt ſin.in.l.quid ergo.§.ſi ex cōpromiſſo.ff.de his qui no.infa.
quaꝫ glo.ſequit̃ ibi Ang.⁊ bar.⁊ cōiter alij.

## quadrageſimoſeptimo.

Quero pōe ſtatuto caue-
tur ꝙ ſi fuerit queſtio inter affines debeat fieri ꝯpromiſſū.modo
ꝯtrouerſia mouet̃ emptori de re vendita de nūciatiōe facta ven-
ditori cōparet venditor ſuſcipiēs defenſionē ⁊ iudiciū.qui vendi-
tor eſt affinis mouentis ꝯtrouerſiam.querit̃ an virtute dicti ſtatu
ti ꝯpromiſſum debeat fieri.Bar.in.l.ꝓcurator ad exhiben.§.i.rē
rat.ha.determinat ꝙ ſic.Idē tꝫ ange.in.l.venditor.de iudi.Hāc
etiā ſentētiaꝫ firmat Inno.in.c.quoniā frequēter.§.in alijs extra
vt li.nō cōt.Bal.vero in.d.l.vēditor tꝫ idē qḋ Bar.i.l.ij.C.vbi.i
rē ac.tꝫ ꝯ̃ Bar.⁊ ſic Bal.ē ſibi ꝯ̃rius ideo in hoc articulo de eo
nō eſt mirandū. ¶ Cōcludo itaqꝫ cū Bar.⁊ ſequaci.que opi.eſt
ꝯmunior.vꝫ ſtāte ſtatuto de quo.s̃.venditor affinis mouētis ꝯtro
uerſiaꝫ poterit ꝯpellere dictū mouēteꝫ ꝯtrouerſiā ad ꝯpromiſſuꝫ
lꝫ emptor ꝯuētus nō foret affinis. Ratio q: defenſor neceſſarius
vti eſt venditor in cauſa mote cōtrouerſie emptori pōt cōparere ⁊
opponere omnes exceptiones ꝯpetētes ex ꝑſona ſua lꝫ nō ꝯpeten
tes ex ꝑſona emptoris vt eſt tex.in.l.ꝓcurator ad exhibē.rē.ra.ha.
§.i.⁊ eſt tex.in.l.idemqꝫ.§.cum generalit̃.ff.mā da.Cuꝫ ergo ex-
ceptio ꝯpeteret vēditori ex ꝑſona ꝓpria.q: affinis ex forma ſtatu
ti illā potuit opponere ⁊ ob oppoſitā fieri cōpromiſſuꝫ.Nec ob.l.
vēditor.ff.de iudi.⁊.l.i.C.vbi in rē ac.que.ll.vidētur diſponere ꝙ
vbi ꝯuentus ē emptor ⁊ ꝯparet vēditor ad defenſionē nō pōt vē-
ditor ꝯparens trahere actorem mouenteꝫ ꝯtrouerſiā ad forū ſuuꝫ
ēt ſi eſſet clericus vēditor immo ipſe cleric⁹ habet neceſſe cōpere
⁊ defendere corā iudice laico.glo.ē.xi.q.iij.c.clericū nullus.⁊ no.
doc.in.c.quoniā frequenter.vt lit.nō cōt.⁊ expreſſe hoc ibi firmat
Jmo.Nam in dictis.ll.agit̃ de mutatione fori.quia cauſa que eſt
penes vnū iudicem vellet vēditor cōparens trāſferre ad ſuuꝫ iu-
dicem diuerſum a iudice emptoris cōuenti qḋ fieri nō poteſt vt in
predictis.ll.Sed in caſu noſtro nō agit̃ de aliqua fori mutatione
ſed ſolum de trāſlatione inherenda qḋ nulla lege ꝓhibitū reperit̃.
Nam nō trahit̃ iudicium ad alium foruꝫ cum apud arbitrum ſit
iuriſditio nec penes arbitratorem vt no.in.l.ait pretor.ff.de re.iu-
di.⁊ per glo.⁊ bar.in.l.notionē.de ver.ſig.ſꝫ ſolum operatur exce-
ptio cōpetēs ex perſona vēditoris defenſoris neceſſarij que ſm le-
gem opponi pōt vt in iurib⁹.s̃.allegatis ⁊ ꝑ dictaꝫ trāſlationem
vt dixi ad nullū iudicē transfertur iudiciū ſeu iuriſditio vt in di-
ctis.ll.que ſunt alleg.in cōtrarium.

## quadrageſimooctauo.

Quero pone ſtatuto cauetur
ꝙ oīs ꝯtrouerſia inter affines ꝯpromitti debeat ⁊ de iure ⁊ ḋ fa-
cto vertit̃ inter ꝯſanguineos queſtio tutele vel alia qḋ ꝗ que ḋ iure
cōi nō pōt in arbitratorē cōpromitti vt eſt qḋ liberalis matrimo-
nialis ⁊ his ſi. An talis cā ſeu qḋ poterit cōpromitti. Reſpondeo
ꝙ non ſm Bar.in.l.pretor.ff.de tuto.⁊ cu.da.ab his.⁊ eſt rō ſcdm
eū.q: ſtatuta recipiūt interꝑtatiōeꝫ paſſiuā a iure cōi.vt.l.ij.C.de
noxa.⁊ in.c.dilect⁹ de cōſue.vnde dum ſtatutū dicit.Omnis cō-
trouerſia ꝯpromitti dꝫ ⁊c̃.intelligi dꝫ que pñt de iure cōi ꝯpromitti
ideſt que de natura ſui ſunt apta in cōpromiſſo deduci qḋ no.q:
quotidiana. ¶ Et dictū ſtatutū ligat minores.⁊ ex his nō poteſt
minor petere reſtōeꝫ.Bal.in.l.nō videtur.C.de in inte.reſt.Et ſic
tale ſtatutū nō eſſet ꝯpromittēdo minor poteſt reſtōem petere nec
per hoc incidit in penaꝫ compromiſſi.Bal.in.l.iij.in fi.rē ra.ha.
⁊ an ſtatutū de cōpromiſſis ligat clericos ⁊ perſonas eccleſiaſti-
cas Bal.cōſuluit ꝙ nō ⁊ incipit. Statutū queritur an hoc ſtatu-
tutū.Sed cōtrariū cōſuluit in ꝯſilio incipiēte. An clericus.Et ta-
le ſtatutuꝫ ḋ ꝯpromiſſis inter affines ligat viruꝫ ⁊ vxoreꝫ qui ſunt
cā affinitatis.Alex.de imo.in.l.nō idō miruꝫ.C.de heredi.inſti pre-
dictum ſtatutum habet locū durante affinitate.Bar.in.l.cui coruꝫ
§.i.de poſtu.

## quadrageſimonono.

Quero nunqd per ꝯpromiſſum poſſit
inſtātia cauſe principalis ꝓrogari. Concludūt doc.cōmuniter in
l.properandum in prin.C.de iudi. Inſtantiam triennij principalis
nullo modo poſſe prorogari.etiam ſi interueniat iuramentum.vt
no.glo.ꝯ ſequuntur docto.in dicta lege properandum. Sunt ta-

men qui dicũt talem inſtãtiam poſſe ꝓrogari ſi ptes iurant de nõ opponendo exceptõem lapſu inſtantie.ita no.doc.in.d.l.ꝓperandum.quod ꝓcedit vbi iudex ꝓpenderet de lapſu.q2 ipſe hoc ꝓpẽdens ꝓnũciare poſſet inſtantiam lapſam eſſe etiam ſi partes non opponerẽt.cum de tali lapſu ex actis ei ↄſtat.nõ ei videt̃ eſſe notorium. Et vbi iudici aliquid ex actis ↄſtat cũ ſit ei notũ.põt ẽt pte nõ inſtante de facto ſupplere vt tradidit Inno.in.c.inſinuante.de appel.⁊ in.c.p tuas.de teſti. Sic nũc ita expreſſe Ange.in.l.fi.§.ſi partes.de inoffi.teſta. ¶ Talis ergo pratica bona eſt ſi iudex nõ ꝓpendit de inſtantia lapſa.q2 ſi altera ps vult inſtantiam opponere eſſe lapſum nõ audit̃ pp iuramentũ. ¶ Diuerſum nãq; in inſtantia cã appellationis que p compromiſſum põt ꝓrogari ⁊ etiã p expſſum ↄſenſum ptium. Caſus eſt in cle.quãdiu.de appel.in aũt.ſi tamen.C.de tempo.appel. ¶ Sed dubitat̃ quid ſi cauſa eſt delegata an poterit p ↄpromiſſum talis inſtãtia ꝓrogari. Circa hoc ↄſiderandũ eſt ꝙ interdũ cã delegat̃ ſine ꝑfixione termini puta q2 in litteris dicit̃ delegamus cãm videlicet inter talem Titio debito fine determinãdam.⁊ tunc eadem ratio que nõ põt ꝓrogari inſtantia cãe corã ordinario non poterit etiã ⁊ coram delegato.q2 iſta inſtantia etiaz durat triennio. Sed ſi hoc caſu fuit cõpromiſſum per partes in iudicem delegatum poterit talis iudex ꝓcedere ex vtraq; poteſtate ⁊ delegata ⁊ arbitraria ⁊ in vno articulo poterit ꝓnunciare tanquam delegatus in alio tanquam arbitrator. Caſus eſt ſingu.in.c.niſi de ꝑben.⁊ ſingulariter ibi traditur p dominum Anto.⁊ Bal.in.c.inter partes.de lege cor.in vſibus feudo. ¶ Interdum delegatus eſt cum ꝑfixione termini.vt puta q2 dicitur delegamus cauſam infra.xv.dies determinãdam que delegatio cum ꝑfixione termini etiam per inferiorem a principe delegantem fieri poteſt ſm Inno.in.c.ſi p debitor.de offi.dele-ga.⁊ p Bal.in.l.ꝓperandũ.§.ſin autem alterutra.C.de iudi.l; Ci.contra ⁊ male. Et tunc puto ꝓrogari poſſe inſtantiam per tale compromiſſum q2 ꝓrogatio per compromiſſum ⁊ ꝓrogatio expreſſa cauſe ad vlterius equiparant̃ vt in.d.clementina quãdiu. ¶ Sed põt expreſſe fieri ꝓrogatio ad vlterius tẽpus hoc modo. Prorogamus inſtãtiam vſq; vt.xv.dies.tex.eſt in.c.de cauſis.de offi.delega. Igit̃ per ↄpromiſſum licebit partibus vel alteri parti adire iudicem delegatum tantum tempus aderat quantũ remanſerit tempore compromiſſi nõ autem habebunt partes totum tempus integrum.ita no.glo.in.d.clemen.quãdiu.quod ẽ no. Eſt tamen ſingulariter aduertendũ ꝙ vbi dicit̃ compromiſſum ꝓrogari inſtantiam cauſe appellationis intelligendum venit dũmodo ↄpromiſſum acceptatum ſit per arbitr. q2 ante acceptatiõẽ nõ dicit̃ ↄpromiſſum factũ vt.l.ſiculus in prin.cũ glo.ff.de arbi. Ante ergo acceptatõez ↄpromiſſi currit tps acceptatõnis immo plus requirit̃ vz ꝙ cã incipiat agitari coram arbitro intra tpa que ſuppeterẽt de cã appellatõis p tex.in aũt.de his qui ingrediũtur ad appellãdũ circa ꝑn.nec ob.d.cle.quãdiu que loquit̃ de iure canonico que ſeruari dz in ſuo foro.ita ↄſuluit Ful.in ↄſi.qđ incipit. Lata ſententia diffinitiua.

## quinquageſimo

¶ Quero pone quis in iudicio ꝓducit inſtrumentum publicũ in quo qs apparet debitor p inſtrumentuz qđ ex forma ſtatuti mãdari debẽt executiõi. Aduerſarius.ſ.debitor ↄparet ⁊ petit fieri cõpromiſſuz ex forma ſtatuti diſponẽtis ꝙ ſi fuerit qõ inter affines ⁊c.fiat ↄpromiſſuz ⁊ ecõtra creditor dicit ↄpromiſſuz fieri nõ debet q2 ſup re clara ⁊ que nõ hz dubitationẽ nõ debz fieri cõpromiſſuz ſ; ſolum ſup re dubia vt.l.i.de trãſac.vt in ſimili dicimus ꝙ l; ſtatuto diſponat̃ ꝙ ſup omni lite dz dari ↄſiliũ ſapientis ſi petitũ fuerit ꝙ ſi res clara eſt nõ poterit peti ↄſiliuz ſapiẽtis vt no.Ia.de are.in.l.ille aut ille.§.cũ in verbis de leg.iij.⁊ bal.in.l.ij.C.de legi. ¶ Quid dicendum eſt in hoc articulo dic ꝙ ſi cõtra inſtrumẽtũ opponeret̃ aliqua exceptio que põt obijci contra dictũ inſtrumentũ debet fieri ↄpromiſſuz vt eſt exceptio ſolutiõis preſcriptiõis vel ſimulatiõis vel alia vt cõſuluit Ange.in Papia ⁊ expreſſe tenet in.l.poſt rem de tranſac.⁊ ibi Bar. Sed ſi non opponitur aliqua exceptio vel ſi opponeret̃ tñ apparet de euidẽti calũnia opponentis ⁊ petẽtis cõpromiſſuz tũc nõ poterit fieri cõpromiſſuz ſm Ange.in d.l.poſt rem.⁊ ibi etiaz glo.⁊ per eundẽ in l.ampliorem.C.de app.⁊ Bal.in.l.cũ quedã.in antiqua lec.de iuriſdic.om iu. ¶ Et dicitur euidẽs calumnia ſm Bar.in d.l.poſt rem vbi probationes ſunt in ꝓmptu quod negari non poteſt vel eſt notorium ⁊ notorium negatur vt vult glo.etiam in.d.l.poſt rez. ¶ Poteſt tamen etiam adhiberi modus tranſigendi ⁊ faciẽdi cõpromiſſum ſuper rebus iudicatis.vt ſi dicatur in cõpromiſſo ꝙ fiat cõpromiſſum de omnibus litibus ⁊ queſtionibus preſentibus ⁊ que in futurum oriri poſſunt ⁊ lis intelligatur eſſe ſup eo ſuper quo arbitratum fuerit. Nam hoc modo faciendo cõpromiſſum valebit factum ſuper rebus deciſis ⁊ ita dixit Ang.in.l.i.de tranſac.⁊ in.l.cũ hi.§.cũ lis.eo.ti. Quod procedit niſi lex prohibeat fieri tranſactionez.nam nunc nil operatur fingere lites.d.§.ſed cum lis.⁊ ibi firmat Ange. Alio etiã mõ poterit fieri cõpromiſſum ſuper re deciſa. Si cõpromittentes iurant ſtare omni eo quod arbitratum fuerit per arbitratorez ſecũdũ Bar.qui ita ſing.dixit in.l.ſi quis maior.C.de tranſac.⁊ hoc modo operatur virtus iuramenti.quod debz ſeruari ſi poteſt ſine interitu ſalutis eterne vt in.c.cum cõtingat de iureiur.⁊.c.licet mulieres.de iureiurã.lib.vj. ¶ Et no.ꝙ ſi factuz eſt cõpromiſſuz ſuper laudatis ⁊ ſentẽtiatis cũ pacto in ↄpromiſſo appoſito.vz ꝙ extũc dicte partes renũciauerũt laudatis ꝙ talis renũtiatio nõ valet.nec a laudo ⁊ ſentẽtiatũ dicit̃ eſſe receſſuũ niſi ex dicto cõpromiſſo laudũ ſequatur ſcđm Bal.in.l.ſi diuerſa.⁊.l.ſi ſup poſſeſſione.C.de tranſac.⁊ Alex.de imo.in cõſilio.lxxiij.tertia parte cõſiliorum.

## quinquageſimoprimo.

¶ Quero pone factum ẽ cõpromiſſum in arbitrũ ⁊ arbitratorez pacto appoſito ꝙ nõ poſſit de nullitate dici.⁊c. Arbitrator tulit ſñiaz formã ↄpromiſſi excedẽdo vtrũ talis ſentẽtia poterit dici nulla vr̃ ꝙ ſic q2 p pactũ renũciatuz fuit nullitati ⁊ ſic vr̃ nõ poſſe dici nulla. Cõtrariũ tñ eſt verũ etiaz ſi dicte renũciatiõi iuſiurandũ foret adiectũ p.c.cũ dilecti.de trãſ.cũ forma tradita ſit ſeruãda. Et ſi qđ p arbitros ext̃ formã ↄpromiſſi dictũ ſit nõ ligat ↄpromittẽtes.l.nõ diſtinguem9.§.de offõ.de arbi.nec ob.ſubiecte nullitati renũciatio cũ iuramẽto.q2 intelligit̃ dũmodo ꝑmiſſa forma ſuata ſit nec aliogn dici oportz. Aut huiuſmõ.ↄpromiſſũ repugnãtiã ↄtinet qđ n̄ ẽ admittẽdũ.ita no.in ſimili in termino p Bar.in.l.fi.§.idẽ de ↄdi.⁊ de.⁊ p.l.vbi repugnãtia.de reg.iur. indi. Aut ꝓcedẽtia p ſequẽtia corrigi qđ nõ ẽ veriſimile.l.nã ad ea.de ↄdi.⁊ de. Ubi dicit̃ ꝙ nõ ẽ veriſimile quẽ velle i medietate corrigere.ſ; potius interꝓtandũ ẽ ſequentia a ꝑorib9 declarata ⁊ determinatiõez recipere vt.ff.qđ vi aut clã.l.i.§.⁊ pui.p glo.⁊ ibi Bar. Pro quo facit.q2 generi per ſpẽm derogat̃.c.generi p ſpẽm.de reg.iur.li.vi. Clauſula igit̃ generalit̃ ſubdita renũciauit nullitati p ſpecialez formã traditã in pñti pte ↄpromiſſi detrahet̃ rurſus.⁊ eã ſpeciez nullitati q̃ ex defectu ↄmiſſe poteſtatis attribute notiõis deſcẽdit illis vbis generalib9 vz ꝙ nulla poſſit dici ſñia ⁊c.ſi excludi noſtri cenſure maiores vt pulchre tradit̃ per glo.in clemen.vnica de ſequeſt.poſ.⁊ fruc.qđ no.glo.in.l.ij.§.ait pretor.⁊.l.ij.vbi poſt glo.⁊ Bar.qui ſatiſ.cog. Cũ igit̃ nullitas ꝓpoſita in cãu noſtro ex forma ↄpromiſſi nõ ſeruata ⁊ nõ cõceſſa poteſtate deſcendit ⁊ palã eſt ꝓponi potuiſſe ⁊ iuramentũ ſubiectũ tali renũciatiõe eaſdem recipit cõditiõnes ⁊ moderationes quas ipſe renũciatiões caſus eſt in.l.fi.C.de nõ nu.pecu.⁊ in.l.ita demũ de arbitris ⁊.C.eo.l.iij.⁊ ar.ff.de vſuris.l.ſtipulati ibi q2 nõ eſt veriſimile ⁊c. Ita teneo p veritate. Et hãc opi.tenuiſſe cõpi excelentiſſimũ doc.dñz Rapha.fulg.in quodã ↄſilio qđ incipit viſo proceſſu.cauſe mote inter Bartolomeum ⁊c.

## quinquageſimoſecundo.

¶ Quero ſtãte ſtatuto ꝙ ſic ſi fuerit controuerſia inter affines fiat compromiſſum ⁊c. Cum forte inter duos affines litigatum eſt coram iudice.adeo ꝙ publicatus eſt proceſſus alter litigatorum petit cõpromiſſuz fieri vtrum ſit audiendus. Dic ꝙ non.quia receſſus ab vno iudice.⁊ tranſitus ad alium cẽſetur quedaz exceptio declinatoria ſ; Bal.in aũt.habita.C.ne filij.pro pa.que exceptio declinatoria dz oppõi ante litis cõteſtatiõez vt in.l.excep.C.de ꝓba. Itẽ vbi datur alicui electio iudicis inter plures iudices cõpetentes talis facultas poterit variari ⁊ vſq; ad litis cõteſtationem ſecundum Bal.in dicta aũt.habita. Attamẽ iſti affines põt litigare coram iudice ſi volũt ⁊ poſſunt coraz arbitratore vt ſtatuit. Sed ſi cepta ẽ cauſa corã iu-

dice nõ poſſunt ex p̃miſſis lite ꝯte ad arbitratorẽ iri. ¶ Pro hoc ẽt facit.l.apertiſſimi.C.de iudi.deponẽs hoc licere poſt triduũ.ſ.petere arbitros iuris ꝑp ſuſpitõeꝫ iudicis.vt ibi ſm̃ Bal. At arbiter ſtatutarius dr̃ arbiter iuris. Et ꝑpea q̃ñ lex dat bñficiũ alicui ſimpliciter nõ diſtinguens tp̃a intelligit̃ tale bñficiũ denegatũ publicato ꝓceſſu.glo.eſt in.l.ſi rem.§.quolibet.de euic. Nec ob.aut.ſi tñ.C.de tempo.ap.qꝛ illa lex loquit̃ in arbitro voluntario. Nã nõ eſt dubiũ ꝙ quãdocũqꝫ poſſet fieri ꝯpromiſſum in quacunqꝫ pte iudicij ſi ptes ſunt de hoc in ꝯcordia. Et ita reperio fuiſſe ꝯſuluz ꝑ d.Iaco.de zocchis de ferraria legentẽ Padue iura canonica ĩ quodã ſuo ꝯſilio qđ incipit.vĩ dicendũ. Itẽ ꝯſuluit clariſſimus iuriſcõſultus.d.Marcus de Peruſio cuius ꝯſilij tenor talis ẽ. vꝫ. Chriſti nomine inuocato.vĩ dicendũ ꝙ P.nõ põt cogi ad ꝯpromittendũ ẽt poſt publicatõeꝫ ꝓceſſus ⁊ teſtiũ ⁊ poſt terminuz ad ꝓducendũ iura ⁊ poſt terminũ ad allegãdũ. Nã ꝯpromiſſuz petit̃ nõ ſolũ durãte inſtãtia ſꝫ ẽt in cã appellatõis.vt ẽ tex.in aut̃.ſi tñ.C.de tẽpo.ap. Facit qđ no.in cle.quãdiu.de appe. Si ergo in appellatõne multofortius añ ſentẽtiã in p̃mo iudicio. Preterea in bñficio a lege vel ſtatuto ꝯceſſo vbi lex nõ determinat tp̃s põt actus quolibet tp̃e celebrari.ff.de euic.l.ſi rem.§.quolibet.tp̃e.ergo ⁊c. Preterea poſſunt inſtãtia ⁊ acta facta in aliũ trãſferri ⁊ illo ſtãti cũ noua pſona recenſeri.vt.l.mutari.ff.de ꝓcu. Sic ergo acta facta corã p̃mo iudice poterũt ꝓduci ⁊ ſuccincte recenſeri. ergo corã dicto arbitro cũ in tantũ ſtatutũ tp̃s petẽdi ꝯpromiſſuz nõ limitet ergo nec nos.l.de p̃cio.ff.de publi.⁊ quod no.in.l.i.§.generaliter.ff.de lega.p̃ſtan. ¶ Sed ꝯtrium teneo ⁊ p̃mo qꝛ vbi q̃s incipit iudiciũ corã vno iudice ſi vult ad aliũ iudicẽ reuertere dꝫ hoc infra triduũ facere.C.de iudi.l.apertiſſimi. Qui enim voluit ad arbitros recurrere dicit ibi Bal.dꝫ infra triduũ recurſum habere. Cũ igit̃ iſte ad arbitros iuris.i.ſtatutarios velit recurrere dꝫ hoc infra tres dies facere p̃terea iura dictãt ꝙ q̃ñ dat̃ alicui poteſtas eligendi vnum ex iudicibus competentibus ſi adſit vnũ poteſt illum dimittere ⁊ ad alium redire vſqꝫ ad litis ꝯteſtatõem tantum. Exemplum in ſcolari.ita no.Bal.⁊ alij in aut̃.habita.C.ne fili.ꝓ pa. ¶ Preterea dimittere primum iudicem ⁊ recurrere ad ſecundum cenſetur quedam exceptio declinatoria. Ita dicit Bal.in.d.aut̃.habita.ſed exceptiones declinatorie ante litis conteſtationem opponunt̃.C.de ꝓbatio.l.exceptionem.⁊ quod notatur.ff.de iudi.l.ſed ⁊ ſi ſuſceperit.ergo in caſu noſtro nõ poteſt declinare.p̃terea glo.in.d.l.ſi rem.§.quolibet tp̃e dicit ꝙ poſt publicatõem ꝓceſſus ⁊ in calculo ferende ſñie nõ põt denũciatio fieri Et ſic patet ꝙ lꝫ lex vel ſtatutum concedat ſimpliciter beneficiuz ⁊ non diſtinguat tempora.tamen intelligit̃ limitatum ad tempus ante publicatõem ꝓceſſus.ita dicit glo.in.d.§.quolibet tempore. Preterea dicit Bal.in.l.ſiquis rem.de arbi.ꝙ ñ debet permitti parti eligere iudicem ⁊ facere ꝓceſſum iudicis eluſorium vt ſequeretur in caſu noſtro. ¶ Preterea arbiter habet notõem nõ iuriſditõem vt no.in.l.ait p̃tor.ff.d re iudi.⁊ niſi cognoſcat de cã nõ põt laudare de cã.ſed vbi eſt iam cognitum ⁊ plenarie diſcuſſum.ergo nihil reſtat quod ad eũ ſpectet. Et ſi ſtatutuz requirit ꝙ arbiter cognoſcat ſummarie de plano ſine figura iudicij que cognitio ceſſat cũ iaꝫ ſit cõcluſuz in cã vt no.in aut̃.atqui ſemel.C.d teſti.⁊ quod no.de fide inſtru.per Bal.ff.d feri.l.in pecuniarijs. Preterea tale ſtatutũ mandãs fieri cõpromiſſuz inter cõſanguineos fuit factuz ne diu cõſanguinei litigarẽt ⁊ ne expẽſis iudiciorum fatigent̃ vt pꝫ de verbis ſtatuti ꝙ diſponit ꝓcedi ſine figura iudicij.ſed iſta rõ ceſſat qꝛ iaꝫ diu litigatũ ẽ ⁊ expẽſe facte ſunt imo ſi cõpromitterẽt oꝫ maiores facere expẽſas ⁊ acta recolligere ⁊ ſalaria ſoluere.qđ ẽ ꝯ mẽteꝫ ⁊ rationẽ dicti ſtatuti ⁊ ꝙ poſt publicationẽ nõ põt peti cõpromiſſuz tꝫ bal.expſſe.ff.d trãſac.l.i. ¶ Ex quibꝰ ꝯcludo ꝙ dictũ cõpromiſſuz ammõ peti nõ põt.qꝛ ante cõteſtatiõeꝫ debuit peti. Et lꝫ q̃ñ tẽpus nõ diffinit̃ per legẽ relinquit̃ arbitrio iudicis vt no.in.l.i.de iure.lib.tñ arbitriũ iudicis dꝫ eẽ iuſtificatuz vt intelligat̃ vſqꝫ ad litis ꝯteſtatiõeꝫ ꝑ iura ⁊ rões ſupiꝰ alle. Nõ ob.d.aut̃.ſi tñ.qꝛ loquit̃ i ꝯpromiſſo voluntario. Nõ ob. qđ dr̃.§.quolibꝫ tp̃e.qꝛ intelligit̃ cõgruo vt pꝫ ex gl.ibi poſita ⁊ qđ no.in.l.i.de eo qđ cer.lo. Nõ ob.l.mutari.⁊ qđ ibi no.qꝛ intelligit̃ in mutatiõe ⁊ trãſlatiõe inſtantie tp̃e p̃miſſo ⁊ cã qꝛ loquitur de trãſlatiõe de pſona vniꝰ ꝓcuratoꝛis ad reliquã in qua ſemp pſona dñi eadẽ repñtat̃.ſꝫ hic loquit̃ in trãſlatiõe vniꝰ iudicis in aliũ in qua trãſlatõe primꝰ iudex ñ reputat̃. Ad p̃dicta facit qꝛ iudex q d tota cã cognouit ipſe dꝫ cãꝫ decidere vt no.in.d.l.de.qua.re.

Marchus de peruſio conſuluit.

¶ Quero an petito.cõpromiſſo iudex poſſit ad vlteriora procedere.⁊ procedẽdo ſit actus nullus. Dic ꝙ aut aliquid eſt ꝓbandũ ex parte opponẽtis ⁊ iudex interiꝫ poteſt ꝓcedere.aut nõ eſt probandũ ⁊ nõ poteſt.de quo plene ꝑ Bal.in.l.i.C.ſi qua predi.pot. An ſtatutũ inter affines ꝙ fieri debeat cõpromiſſuz cõprehendat ciuem floꝛẽtinum hñtẽ alibi domicilium ⁊ bona. Dic ꝙ nõ ſcđꝫ Imo.in.c.ſane.de fo.cõpe.⁊ Anto.de bu.in.c.ſi.co.ti.⁊ Alex.de imo.in.l.nõ.diſtinguemus.§.deliberari.de arbi.quia per ꝯſtõeꝫ Florentie nõ poterit cogi.

¶ Quero q̃ñ ꝯpromiſſum dicat̃ claudicare vt nõ teneat. Vide Ancha.conſilio.cxxij.

¶ Quero an eã ſemel cõpromiſſa efficit̃ ſemp cõpromittibilis Videt̃ ꝙ ſic per.l.pater.§.xv.de leg.iij.

¶ Iteꝫ qꝛ nõ eſt maxime ſatiſfactũ ſtatuto per primũ ꝯpromiſſuz ex quo nõ habuit effcm̃.ar.glo.in.l.qui per ſaluteꝫ.⁊ ibi Bal.in ꝓpoſito de iureiurã. Sꝫ dic ꝙ nõ eſt verũ immo finito ꝯpromiſſo ptes ſunt i eo ſtatu in quo erãt añ factũ ꝯpromiſſuz vt per bal.in.l.eos.§.apoſtolos.C.de ap. Et colligit̃ ex dictĩ bal.in.l.ſi diuerſa C.de trãſac.⁊ ꝑ Io.de imo.in.l.ſiquis arbitratu.de verbo.oblig.

¶ Quero ſi plures ꝯpromiſſerũt ex vna pte ⁊ vnꝰ illoꝝ moriat̃ an finit̃ ꝯpromiſſum quo ad alios.⁊ videtur ꝙ ſic.vt.l.diem proferre.§.i.in gl.de arbi.

¶ Sꝫ qđ ſi collegiũ vel vniuerſitas i qua ſunt.x.homines faciũt ꝯpromiſſum ⁊ ſeptem ex eis moriantur. An cõpromiſſum finatur Videtur ꝙ ſic ꝑ.d.l.dieꝫ proferre.§.i.in glo. Cõtrariũ determinat Di.⁊ Bar.in.l.qđ in reꝫ.§.i.§.ſi.de leg.i.qꝛ vnũ ⁊ idẽ collegium ẽ ꝑ.l.ꝓponebat̃.d iudi. Qđ intellige veꝫ ibi ſi ꝓ vtilitate capituli fuit fcm̃ ꝯpromiſſũ. Secus ſi ꝓ vtilitate vniꝰ de capitulo vt.c.q̃relã nec p̃la.vi.ſu. Et ꝑ hoc fac.qꝛ lꝫ ſit fcm̃ a caplõ.tñ vĩ factũ ꝑ ſingulos de capitulo.l.ſi poſt moꝛteꝫ ⁊ ibi plene Bar.de admi.tu.

¶ Et no.ꝙ ad hoc vt valeat cõpromiſſuz factũ per collegiũ requirit̃ ꝙ omnes de collegio ſint ꝯcordes adeo ꝙ ſi vnus ꝯdicit impediat cõpromiſſum fieri vtin.c.quia ꝓpter.de elect.

¶ Quero an heres grauatus de reſtituẽdo poteſt cũ precedenti hꝰ ius habere in hereditate ꝯpromittere ⁊ laudũ p̃iudicat fideicõmiſſario niſi docet̃ de colluſiõe vt per Bar.ang.⁊ Imo.in.l.cuꝫ hereditas.ad tre.⁊ ang.de areti.inſti.de fideicõ.here.§.reſtituta

¶ Et an cõpromiſſuz factum ab vno ex duobus reis credendi noceat alteri Bar.in.l.ex duobus.de duo.reis dicit.

